



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Gasparis Lechneri E Societate Iesv Theologi. Sodaliv Partheniv. Siue Libri Tres Qvibvs Mores Sodalivm Exemplis Informantvr**

**Lechner, Kaspar**

**Dilingæ, 1628**

Liber III. Bonus Beneficijs, Desertor aut negligens pœnis afficitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51916)



SODALIS PARTHENIVS,  
LIBER III.

BONVS BENEFICIIS,  
*Desertor aut Negligens  
Pœnis afficitur.*

**I**N omni Rep. præmia  
pœnæq; iuxta constitu-  
ta sunt : cum in magna  
multitudine mali deesse  
non possint, qui coërcē-  
di sint ; & bonis animus auge-  
scat, si virtutem suam æstimari videant. Ne-  
que illa Reip. Marianæ desunt, uti v-  
berius hoc libro docebimus.

CAPVT I.

IN SODALITA-  
*tem impij puniuntur.*

**A**Pœnis initium capio, ut pia-  
cula

cula ex oculis cito remota lætioribus spectaculis locum cedant.

I. Limæ nobilis adolescens Hispanus iterum iterumque ab æqualibus rogatus, vt Sodalibus adscribi vellet; Dominica quadam die concionem auditurus ædes Societatis adiuit, quo tempore Sodales facellum ingredientes nomina sua notabant in tabella. Quod ille eorum studium irridere, vt superuacaneum, cæpit, & ineptissimum Theatinorum inuentum appellare, cum petulanti oris sono motuque corporis inurbano; ac deinde quasi merito offensus pedem referre, ac discedere. Sed non abiit impunè hominis intempestiua procacitas. Nam insequenti nocte in manifesto adulterio deprehensus, traiectus ense, nullis sacris procuratus infelicem animam cum sanguine eiecit. Miramur subitos casus, causamque requirimus: in promptu esset, si aduertere vellemus, in sacris contemni nihil debere.

*Non comm-  
fessus se-  
bitò mo-  
ritur.*

II. Quis

*Calamo* II. Quis enim animaduersione  
*B. Virginis* dignum credidisset, calamo Maria-  
*sacro ab-* no abuti? vindicta tamen consecuta  
*utens co-* docuit leuiculas culpas, vt nobis cæ-  
*lapso ca-* cutientibus videntur, Diuino oculo  
*ditur.* magnas videri. Rem è Franc. Bencio  
*l. 5. Virg.* narrat P. Bonifacius. In Sodalitijs de-  
*hist. c. 1.* ligitur vnus, qui Senatui Parthenio  
 ab arcanis sit. Id munus cum Hispali  
 suscepisset adolescens in B. Virginem  
 pietate insignis, duos calamos scrip-  
 torios insigni ornatu destinauit: de-  
 tractis enim plumulis aureo serico-  
 que filo inter se permixtis vtrumque  
 vestijt. Horum alterum iuuenili fur-  
 to coequalium aliquis subduxit: At-  
 que vt crimen auget, nescio quas  
 amatorias eo tabellas ad amicam ex-  
 arare instituit. Iam manu furtiuam  
 pennam prenderat, cum palma os si-  
 bi verberari sentit, simulque vox ad  
 aures: *Etianné, sceleste, rem mihi di-*  
*catam temerare audes impuro ausu!*  
 Attonitus verberere dictisque iuuenis  
 improbatam velificationem muta-  
 uit, & ad Franciscanæ familiae portū,  
 quo

quo dudum, si audire voluisset, secundi illum ventiferebant, appulsus est.

III. In Peruana Prouincia non procul Guamanga prætura cuiusdam Præfectus, Indos Sodales Pueri Iesv à Christi circumcisi cultu quodam tentarat prohibere: eius domus postea pridie eiusdem Festi ignem concepit, quem cum extinguere manibus pedibusque laboraret, manus pedesque combussit.

IV. Treueris grauia in Sodalitum odia quorundam exarserunt, que Magistratum beneficio extincta sunt. Dolebant quidam Congregationis instituto Sodales comessationibus, blasphemijs, ingurgitationibus abstinere, tribunitias conuiuorum leges, & veteres pergræcandi consuetudines negligere. Alij periculosius prætextu curandæ Reip. pietatem oppugnabant, coitiones eorum seditionibus excitandis opportunas videri; pro in tempore malo occurrendum. Verùm contumelijs his cuius

CIO.  
IOCIX.  
Sodales à  
cultu sui  
festi im-  
pediens  
eodē pu-  
nitur.

Eodem.

erfione  
o Maria-  
nsecuta  
obis ca-  
o oculo  
Bencio  
litijs de-  
arthenio  
a Hispali  
irginem  
os scrip-  
uit: de-  
serico-  
rumque  
enili fur-  
ixit: At-  
cio quas  
cam ex-  
urtiuam  
na os si-  
e vox ad  
m: hi di-  
ro ausu  
iuuenis  
muta-  
e portu,  
quo

cuiusdam è primoribus proteruia finem attulit. dum enim in publico hospitio multi in Sodalem quendam totamque adeo Sodalitatem probra congerit, in ius vocatur, calumniaeque damnatus post turpem mendaciorum reuocationem grandem multam, Sodalitatiq̄ trium librarum cereum pendere cogitur.

*Ridens  
morem  
Sanctos  
fortissimi  
confoditur.  
CIC.  
IOCXI.*

V. Sortiebantur de More Sodales Fregenalenses in templo Societatis mensis initio Tutelares Dios. Aderat adolescens vnus spectator, quem vt profanum arcere procul debuerant; is non pie satis de tam pio opere sentiens: Patres hi, inquit, istis schedulis ludos homines faciunt. Non tulit impunè dictum; paulo post vulneribus confossus est; Fortunæ ludibrium, qui piam sortem riserat.

*In aquis  
perit quis*

VI. Nicææ adolescens quidam, annos septem & decem natus, ad B. Virginis cætum inuitatus à socijs, agrè primum id sibi persuaderi passus est; mox simul ac in æde vestigium

pp.

posuit, illico iterum mutatâ volun-  
tate, nullis Sodalium summis vel in-  
fimis precibus retineri potuit. Re-  
cedit solus, rectâ natatum proficisci-  
tur, statimque ingressus hauritur,  
aquis, nec nisi efflata anima apparet.  
Atque hæc pauca illorum exempla,  
qui Sodales non fuerunt, monere  
quemuis debent rideri ac contemni  
multa posse; sed eas sannas plerum-  
que post se lamenta, vtinam nun-  
quam sera, trahere. Nunc ad Sodali-  
um negligentium pœnas spectandas  
eamus.

*Parthe-  
niâ sta-  
tionem  
fugerat.*

CAPVT II.

SODALES OFFICII

*Negligentes castigantur.*

**S**Cio compluribus dubitationem  
iniectam fuisse piaculumne sit So-  
dalitatis leges violare. Eam ego in  
presenti non discutio. Aliquid tamen  
causæ esse, credere debemus, cur pœ-  
nis ob legum perruptionem mulctē-

*Vide Na-  
uar. de  
psal. mis-  
scell. 28.*

tus

*Cur So-  
dales de-  
sides pa-  
nas dent.*

tur Sodales desides. Illud certe in-  
commodi affert legum siue contem-  
ptus, siue, vt leuissimè dicam, negle-  
ctus, quod peculiaria Dei auxilia, cu-  
ramque singularem, quibus pericula  
impendentia remota fuissent, Soda-  
les non impetrent. Quo fit, vt varijs  
fortunæ casibus, quibus mortales  
obnoxij sunt, inuoluantur, quos Dei  
numine, si legibus paruissent, euade-  
re potuissent. cuius infra memoran-  
dum exemplum dabo,

*Conuen-  
tus negli-  
gens sub-  
mergitur*

I. Atque vt ab eo ordiar, in quo  
desij. Romæ quidam dum tertium  
iam aut quartum conuentu negle-  
cto, die quodam Dominico circa ho-  
ram piarum exercitationum se Tibe-  
ris aquis abluit, peritissimus natator  
gurgitibus absorptus suffocatur.

*CIC.  
IACIV.*

II. Subiungam aliorum repenti-  
nos è vita discessus, ob officia Soda-  
litate neglecta. In Sodalitate Turia-  
sonensi Parochus quidam vixerat.  
hic conuentuum frequentandorum  
oblitus, cum Mariani officij admo-  
neretur, *instar mortis sibi esse dicebat.*  
huius-



huiusmodi cœtibus interesse. Infelix!  
 maluit videlicet Aphrodisia agitare,  
 quam Parthenia. Nam turpi mulier-  
 eulæ cuiusdam amore correptus in  
 extremum ruit exitium. Cùm enim  
 eius foeminæ maritus coniugem do-  
 mi suæ non inuenisset, ratus id quod  
 erat, in hortum non longè ab vrbe  
 distitum festinus contendit: ambos  
 deprehendit: illum pugione statim  
 confodit; hanc eodem traicere pa-  
 rabat, ni vicini clamoribus exciti pe-  
 riculum auertissent. Quàm miseri  
 rectum non vident! Adesse Sodalium  
 conuentui mortem putabat: abesse  
 mors fuit.

*pugione  
 traicere  
 tur.*

III. In Sodalitio Consentino  
 quidam minus probatis moribus de-  
 gebat, & in adeundo cœtu negligēs,  
 & grauibus inimicitijs implicitus.  
 Cùm igitur sæpius moneretur, vt re-  
 sipisceret, pertinacesque iras remit-  
 teret, tandemque verbis claris homi-  
 ni denunciaretur futurum, vt ni So-  
 dalitium frequentaret, nomen illius  
 ex albo expungeretur: indignabun-  
 dus

*cap. 106*

V

dus

dus respondit. Ego verò, inquit, ad  
 Sodalitium tunc scilicet veniam, cum  
 hoc mihi caput abscissum, & hæc crura  
 membraq; abrepta a corpore fuerint.  
 designabat inter dicendum partes  
 corporis, infelix augur sui interitus,  
 paulò enim post cum in manus ini-  
 micorum incidisset, miserabiliter in-  
 terfectus est; dissectusque ea prorsus  
 concisione membrorum, quam sibi  
 ipsi ominatus antea fuerat.

Misere  
 dilania-  
 tur.

C13.

1007111.

Sno ferro  
 cadit.

IV. Camberiensis Aduocatus li-  
 berioris vitæ amans in postremis cu-  
 ris Congregationem habere capit.  
 Appellatus ea de re ab æqualibus, se  
 nolle tot oculis obseruari, respon-  
 det, ac vereri reprehensiones, sicubi  
 ab officio deflecteret. Vindice vide-  
 licet oculo obseruari miser debuit.  
 Nam cum cognouisset, ritalem su-  
 um sub primam noctis horam inde  
 se recipere, quo sibi soli volebat adi-  
 tum patere, seque à muliere præ illo  
 despici, redeunti sine socio parat in-  
 fidias; ac vix inita rixa cum ipse ac  
 socij fugantur, exterriti, tanquam à  
 plu.

plurimis premerentur. denique cum fugeret exertum atque in se obuersum quatiens pugionem, in ipsum met corruit, sibi que in pectus infixit: quo facto tandem reflexit oculos ad Sodalitatem, veniam petijt, preces poposcit, optima quæque pollicens, si vita suppeteret. An ex vulnere superuixerit, mihi incognitum est.

V. Alius leuis vt apparebat officij negligens, graues pœnas luit. Res fide certâ cognita est: locum annumque volens omitto. Duo è Sodalitio adolescentes die aut festo aut Dominico, pomeridiano tempore, captato ex amœnitate cœli consilio nauem conscendunt, vt in Pado Italiae flumine lusitabundi reliquum diem exigerent: dum id agunt, dixit alter alteri. *Quin in hoc otio Sodalitatis pensum persoluimus, & B. V. horarias preces legimus?* respondit alter Leges Sodalitij non obligare sub peccato, & sibi iam precandi animum non esse. Orat ergo vnus; negligit alter: qui mox in atroci discrimine ab irritatâ

*Quam-  
do leges  
obligent.*

Dei matre etiam negligitur. orta enim nescio vnde tempestate, & caelo in turbinem verso, ecce navis agi toto flumine, concuti, impingi, demergi, ambo in flumen excuti, ambo **MARIAM** inclamare: adest illa pulcherrima specie ei, qui preces legerat, & prehensâ manu periculo eripit: ad alterum verò simile subsidium implorantem conuersa, torueque contuita: *Iam, inquit, non obligabis me colere: nec ego obligor te morte eximere.* Et cum hoc amarulento scommate miserum iam cum morte luctantem deseruit. Atque istud est, quod principio capitis monui, tamen si leges Sodalitatis neglectæ piaculo non sint, tamen grauia inde damna existere, quæ Deus bonus auertisset, si liberalius Deiparæ seruire voluiffemus. Tuti sunt Sodales sub Pallio tam potentis Virginis: sed si legum perruptione inde se eximant, latus nudum quibusuis malis obuertunt.

VI. Felicius alter punitus est, & ad

ad frugem correctus locum itidem  
 prudens prætermitto, de fide narra-  
 tionis certus. Vir fuit in Academia  
 quadam Germaniæ inferioris excul-  
 tus literis, qui Virginem quidem Dei  
 matrem habuerat aliquando in deli-  
 cijs, dum virtutem coleret ardenti-  
 us. Deinde vero remittente sese illo  
 ardore, cum iam liberius viuendi ge-  
 nus sectaretur, nec ita placebat ipsi  
 Virgo, nec ipse Virgini. Hic recrean-  
 di animi causa æstiuo tempore vrbe  
 excessit; & cum nonnihil fecisset iti-  
 neris sopore nolens volens opprimi-  
 tur, per somnum terrificam vocem  
 inaudit, dicentem sibi, *Horrendum  
 est incidere in manus Dei viuentis,*  
 qua voce perterritus ad B. Virginis,  
 quam coram sibi intueri videbatur,  
 opem confugit. At illa vultum auer-  
 tit. intonuit denuo vox eandem re-  
 petens sententiam, hæc q; subijciens,  
*Putasne quod ero similis tibi? quid fa-  
 ciat in hoc cominationum æstu mi-  
 ferrimus? sudat, pallet, exalbescit,*  
 quo se vertat, quem diuorum appel-

CIS. 10  
XCIII.

let ignoret. Cum adolescens, qui ipsi ad latus adesse videbatur digito Virginem, ad quam accederet offendit: accurrit ille, ad pedes accidit, pro-uoluitur, sed longius Virgo recedit. Hic tandem excusso somno. Ecce tibi noua perturbatio, in medio nemore & locis maximè auis sese deprehendit, & ubi terrarum agat profus ignorat; ægrè tandem perrumpit, ac admonitus à Rustico in viam & domum redit. ac morbo post paulo tactus lectulo affigitur, hic denique multis precibus lachrimisque cum Virgine redit in gratiam ac ab ea per quietem iacens inuisitur, vitæ deinceps instituendæ rationes accipit, quas & præstitit.

*Sodales* VII. Addam de neglectu con-  
*in conue-* uentum vnum adhuc, vt eò certius  
*tibus fre-* innotescat omnibus, absentiam il-  
*quenter* lam B. Virgini plus displicere, quam  
*fontur* multi passim æstiment. Eadem in vr-  
*à B. Vir-* be alius Aduocatus annum penè to-  
*gine.* tum statos cœtus obire prætermise-  
*Eodem* rat, satis à se officij præstitum ratus, si  
*anno.* quo.

quotidie B. Virginem certa prece saluaret. Nocte quiescenti repente species est obiecta Deiparæ multo lumine circumfusæ, quæ fouere blâditijs cæteram Sodalium multitudinem videretur, seipsum autem præ pudore cunctantem auersaretur; vicit tandem studium adeundæ Virginis, à qua benignè in spè futuræ probitatis acceptus, non diu distulit, quin ad Sodalitatem frequenter se referret. *Vbi duo tresue in Christi nomine congregati forent, ille se medium fore pollicitus est, & in tanto confessu abesse quisquam credat? enimuerò adest, magno præsentium bono, quo absentes priuantur.* Notum est quantum obfuerit Thomæ *cum cæteris non fuisse.* Ita omnino Sodalis maius detrimentum absentia suâ facit, quam æstimare possit.

Matt. 18.

Ioan. 20.

C19. 130.

VIII. Omnino à Sodalitate se auellere ob pœnitentiam iniunctam, Sassaritanus in Sardinia Sodalis volebat. Gerebat tum fortè inimicitias cum alijs; qui cum viginti ipsos dies

V 4

cum

eum quæsiuissent ad cædem, tandem eo ipso die, quo animum non redi ad Congregationem ceperat, in eorum manus incidit, graueque in facie vulnus accepit: resipuit eo malo, vindictamq; mali animi agnouit.

CIC.

130CIX.

IX. Vt hi resipuerunt icti; ita alius melius vitam finit, quàm forsitan egerit. Auenione quidam interiocandum, vt ferè fit, leuissima offensione inimicitias cum altero tam graues suscepit, vt illum nefariorum quorundam commissione & hortatibus ad pugnam singularem prouocaret. A quo incepto nec Sacerdotis nec urbane Prætoris auctoritate absterri potuit, fato suo ad necem raptus. Erumpit itaque ex vrbe, seseq; duello sistit. Inter petitiones misero præcordia ferro traijiuntur, vt ne momento quidem superstes futurus crederetur etiam Medicorum opinione. Redit tamen ad se iterum, oculos extrema in morte attollit, præsentemq; Patronæ opem sentit inducijs septem dierum impetratis, quas dolori ac

*Duella-  
toris caso  
penitenti  
vita pro-  
pagatur.*

pæ-



penitentia sedulo consecrauit. Et quod cincinnatos iuuabit, crispabat hic crines cirrosque ex arte turbina-  
tos surrigebat, quos nec deponere, nec verò imminuere vnquam volebat: euctus tandem praesenti casu, caesariem resectam vltro non absque suspirijs Sacerdoti in manus tradidit; adeoque vitam ipsam magno sensu pietatis religiosissime clausit. poterat hoc inter beneficia numerari, si melius principium habuisset.

X. Consuetas preces quidam Iaroslauiæ dicere die vno omiserat minoribus studijs occupatus. Ipso illo die glande plübea traiectus est: quod ei cruciatus peracres praesertim in os suum exemptione peperit. Quorum tamen primò lenimen; mox leuationem integram sensit, cum B. Stanislauum in vota aduocauit.

XI. Pultouiensis Sodalis die Assumptæ Virginis negotiorum quorundam expediendorum causa equo profectus rem diuinam audire sacroque epulo accumbere neglexerat.

*Preces omittens globo traiecitur.*

CIO. 13  
CVI.

*Communionem et sacra negligens.*

CID. Paullulum progressus quasi quodam  
 ICCCX. fulmine ictus repente prostrernitur,  
 grauique adeò casu affligitur, VL  
 mortuo similis & à mente non mi-  
 nus, quam equo deiectus, sex integris  
 horis humi aquis pluuijs propè obru-  
 tus iacuerit, equo cum sarcinis fugâ  
 dilapso. Longo post interuallo ad se  
 rediens, de rerum suarum iactura e-  
 quiq̃ue fuga vehementer angi cæpit.  
 Subijt interea mentem damni causa,  
 geminæ legis violatio. veniam itaque  
 clementem Patronam orat, & præ-  
 properam festinationem seriò dam-  
 nat. Quod dum facit, curriculo ad  
 hospitium, quo se ille contulerat, re-  
 dit equus sarcinis & ephippio leua-  
 tus: quasi diceret, inquit Auctor, se fu-  
 gisse, ut equitem suum omisi officij cõ-  
 mone faceret, redysse, ut exorata Vir-  
 ginis misericordiam demonstraret, sar-  
 cinam & pecuniam perdidisse, ne di-  
 uina quisquam sacris diebus impune  
 se neglecturum speraret.

Terrori-  
 ad

XII. Veternum quorundam in-  
 tentata pericula excusère. Ex Agri-  
 gen-

gentinis quidam Sodalibus in dies *officium*  
 præcipiti negligentia deterior fiebat *redeunt.*  
 magisque ac magis à legum præscri- *Eodem.*  
 pro exerrabat. Hic hac ratione in re-  
 ctum tramitem reductus est. Adierat  
 fortè nescio quid moliens aut animo  
 secum agitans honestæ matronæ æ-  
 des: maritus mœchum sibi paratum  
 arbitratus, vehementi ira incensus,  
 ut erat veruto obarmatus, cœpit  
 petere hominem, fugientemque in-  
 sectari. Iamq; reducta dextera trans-  
 fixurus erat miserum, cum ille sup-  
 plex B. Virginem implorat opemque  
 rogat: nec frustra: ictus toto impetu  
 illatus per vestes abiit, leuiterque  
 cute perstricta, quasi in adamanti-  
 num thoracem incidisset, elanguit.  
 Quo ille beneficio Virginis excita-  
 tus omni post id obsequio eandem  
 venerari studuit.

XIII. Auenione spectrorū som- *CIO. IO*  
 niorumq; terroribus ad propositum *LXXXIX.*  
 Congregationis petendæ reuocatus  
 quidam perhibetur.

XIV. Claudam caput hoc dua- *Eodem.*  
 bus

bus memorandis historijs, quæque multorum Iuuenum animos non tantum ad Sodalitij amorem impellere, sed à foeminarum & prauorum familiaritate longe abstrahere iure debeant. Iuuenis Sodalitatem Genuensem aliquandiu celebrauerat, sacraque mysteria frequenter pieque adierat. Is deinde cum ex imprudenti oculorum coniectu diligere cepisset mulierem, paulatim de veteri studio remittere, diuinorum obliuisci, fomentis noxijs vsque & vsque ignes Cyprios alere: denique ita effuse in illam exarsit, vt occupatus in alio, diuinum omnino exclusit. Neque enim Deus Venusque eodem pectore hospitari possunt. Et mittebantur vltro citroque munera & furtiuæ literæ per interpretes accipiebantur. Trimestre hoc spaciũ fuit: post quod graui corporis morbo æger decubuit. Tormina erant peracerba, erodente seipsum stomacho, & supplicia sibi gignente: mirum sanè quam imundas sordes, & varias ante ora aspiden.

*Quam  
perniciosa  
sit fami-  
nariũ  
consuetu-  
do.*

*Vide quid  
multis  
breuis  
dosis bo-  
na erisit.*

fidentium euomuerit: muliebres cri-  
 nes, ouium villos, linum, bombycē,  
 crinales acus & sutorias, vnguium  
 segmina, ossium & ferramentorum  
 fragmina non paruo numero, vna  
 cum sanguine. mirati omnes, qua  
 colluies illa parte locum habuerit,  
 quodque spiritum non intercluserit  
 ciecta. Accitus è Societate pater, ho-  
 minem adhuc vomere non cessan-  
 tem hortatur, ne se amplius teneri  
 pestifero amore patiat: exhiberet  
 ergo, si qua essent, ab amica munus-  
 cula. Quærit deinde num quæ essent  
 ab ea literæ: acceptas ille fatebatur,  
 sed dein laceratas fuisse. cum fidem  
 non faceret, admonet Pater familia-  
 res, vt diligenter exquirant arculam,  
 in quam abdere solebat res charissi-  
 mas, & quicquid est amatorium tol-  
 lant: cum hoc dicto discessit. Ea res  
 cum ægroto occultæ sono vocis in-  
 notuisset, arculæ clauem horrendis  
 clamoribus sibi dari postulat, & ac-  
 ceptam coniectamque in os, eadem  
 voce admonente, statim deglutijisset,

nisi adstantium accursu prohibitus fuisset. Igitur puluino supponit. Ipse emotæ ferè mentis oculorum vsum, tantisper amittit. Instat mater, vt doctus malo, Sacerdotis imperium facessat, reddat clauem capsulæ apertæ. Eam cum manu quærens non inueniret, furto ablatam credit; hoc magis vociferari & furore accendi: nec tamen toto lectulo diligenter excusso reperta est. Vi tandem ferroque arcula cum esset reſerata, binæ literæ Veneris inuentæ, Vulcanoque traditæ sunt. Nec moras restitutus iuueni sensus videndi, & diu multumque clavis frustra quaesita, apparuit ante oculos mirantis exposita. Melius interim ipse habere & animo & corpore; & quicquid amentia deliquit, pœnitentia corripuit. *Timeo Danaos & dona ferentes*, ait apud Maronem quidam. Sed nulla peræquè dona timenda ac muliebria. Primo fœminæ dono, omnes adhuc morimur. Nemo fidat inter tot fraudes. Morbi incogniti nullaque

*Vis epi.  
Solarum  
amato-  
riarum.*

*Ænei. 2.*

*Genes. 3.*

laque Machaonis arte curandi flo-  
rentes sæpè adolescentes absumpse-  
re, dolore omnium atque admiratio-  
ne, vnde malum illos inuaserit. Quid  
causas quærimus ? quod modo hic c. 8. §. 24.  
memoratum, & quod superiore li-  
bro allatum est, quorumque similia  
quam plurima afferri possent, cau-  
sam in aperto ponunt, modo tam fa-  
cile vitare velimus, quàm ea cito co-  
gnita est.

XV. Quod sequitur à prauis so- Prætorū  
cijijs abfistendum esse monet. Rem. sociorum  
apud Ingolstadienses gestã vt ab alijs familia-  
per scripta est, referam. *Adolescēs no-* ritas no-  
*bilis Sodalibus B. Virginis adscriptus,* xia.  
*cū atatis lubrica spacia inoffenso pede* CIC. IO  
*aliquādiu feliciter decurrisset, iniecta* XC VI.  
*sensim animo rerum illecebra, habenas* Principi-  
*paulatim capit cupiditatib⁹ remittere.* umtus.  
*Inde prauorum incitamentis ablatas* na.  
*libertoris vita cursum inijt. Eo vsq; cō-*  
*suetudine malorū pronectus est, vt qua*  
*antea magna veneratione coleret pie-*  
*tatis studia, ea demū risui contēptuiq;*  
*haberet, nec quicquam illi magis cor-*  
di

di esset, quam ut per summam lasciu-  
 am computationibus ac pergracationi-  
 bus tempus consumeret, usque geniali-  
 ter indulgeret, qua illi vita comitari  
 solent, & ut miser humana prauitatis  
 venenum altius imbiberet, in aliorum  
 Sodalium genio deditorum familiari-  
 tatem se penitus immerisit. Hi ad cate-  
 ram lasciuientis atatis licentiam, etiã  
 illud addiderunt, ut ardentibus tedis  
 aut sarmentis accensis, tanquam Ore-  
 stem Furia modo hunc, modo illum ex  
 suo numero, ex improviso adorirentur,  
 flammis circumstiterent, corpusambu-  
 rerent, ni properè cenam expediret.  
 Cumque multos furiosa illa alea in or-  
 bem percurrisset, die qui Purificata  
 Virginis festum insequitur, hunc mi-  
 serum nihil minus cogitantem ebriosa  
 illa turba tedorum derepente oppri-  
 mit, homini flammam admonet, cenam  
 exigit. paratur: expediuntur pocula,  
 potatur in multam noctem. Postquam  
 poculis indultum est satis, onusti vino  
 ad suos quisque lares reuertuntur. Hic  
 in suum se recipit cubiculũ & ut quieti  
 se

Hinc Brē-  
 neri di-  
 eti, id est,  
 Incen-  
 diary.



se daret, vestes detrahit ad linteum  
 indusium: inde vino somnoque victus,  
 ut erat seminudus, in mensam, qua po-  
 sita erat in cubiculo, dormit abundus se  
 acclinat, innixus cubito. Interim mi-  
 sero alto somno presso, ardens candela  
 casu admota indusium inflamat, id-  
 que pervadit totum non sentienti. Con-  
 cepta flamma expergiscitur tandem  
 seminstulatus. Exclamat amens, hor-  
 rendis vocibus familiam cōciet. Cum-  
 que se flammis exuere non posset, humi  
 prouoluit, si fortè pressu corporis flam-  
 mas opprimeret. Nihil proficitur. Flā-  
 ma iam valida magis sauebat; accur-  
 runt familiares, miserum adolescen-  
 tem, quas frustra male vitarat ante  
 canam, post canam flammis vident ab-  
 sumi: percussi pauore, periculo tamen  
 audiciam faciente, licet seram, ali-  
 quam tamen opem ferunt, pertinaces-  
 que flammis, qua possunt ratione re-  
 stinguunt consumpta sindone, cute cor-  
 poris iam penitus ambusta. Et est qui-  
 dem ille praesenti periculo ereptus; sed  
 incendiij vis tam altè visceribus in sede-  
 rat,

Lamen-  
 tabilis  
 clades vi-  
 tam solu-  
 tam se-  
 quitur.



I.  
 lasciu-  
 rationi-  
 geniali-  
 omitari  
 uitatis  
 aliorum  
 miliari-  
 id cate-  
 m, etiā  
 us tadis  
 m Ore-  
 lum ex  
 entur,  
 ambu-  
 ediret.  
 i in or-  
 ificate  
 nc mi-  
 ebriosa  
 oppri-  
 canam  
 uocula,  
 quam  
 ti vino  
 ur. Hic  
 quieti  
 se

Igniculi  
pietatis  
in cinere  
sopiti iu-  
uant ad  
flamma  
excitan-  
dam.

B. Virgo  
quondam  
suos non  
penitus  
deserit.

rat, ut nullis remediis coërceri potue-  
rit, quo minus assatae cutis tabes intus  
serpens, acerbissimo ipsius cum crucia-  
tu etiam vitalia depasceret. Itaque octa-  
uo die, eadem penè hora, qua in eandem  
calamitatem incidere, consumptus  
est. Sed ne ea quidem vitæ licentia, tot-  
que ac tantis offensionibus Sanctissima  
Mater irritata, eum qui se aliquando  
in suam tradiderat clientelam, dese-  
ruit. Tanti refert prima etatis initia  
illius sanctissimo cultui addicere. Quin-  
tam acerbo oppressum casu alumnus  
suum quondam sibi charum, licet in-  
presens est quodam abductum, ita  
sua luce collustravit, ut ille ad se redi-  
ens, eam se calamitatem solutissimam,  
quam duxerat, vitæ castigandæ divi-  
nitus immissam fateretur. Ita summam  
dolorum acerbisatem, quibus undique  
membra omnia continuò urebantur,  
magna significatione pietatis, non pa-  
tienti solum & equo animo, sed etiam  
libenti pertulit, & cum in rebus om-  
nibus toto illo tempore, tum maxime  
cum ad sacramenta percipiendâ sepa-  
raret

raret magna signa dedit pietatis. Cō-  
mentarij eiusdem Sodalitatis duo ad-  
dunt: primum eum à Sodalitate non  
omnino recessisse, sed officia illius  
negligenter coluisse: alterū Sodales  
priuatis precibus quidē mortuo ad-  
fuisse; publicis tamen consuetisque  
honoribus partheniorum defuncto-  
rum proprijs, funus profecutos non  
fuisse. Quod posterius Sodalium fa-  
ctum me alterius admonuit, quod in  
ipsis illis commentarijs legi. Vixerat  
quidam in Sodalitate alibi atq; inde  
huc commigrarat: sed liberius viuen-  
di vt potestas esset, hic nomen dare  
neglexit, dum ex immoderata pota-  
tione, vt multi credebant, apostema  
in pulmonibus insanabile coalesce-  
ret. Tum verò morti vicinus cepit  
desidiam suam detestari, obnixè ro-  
gare, vt vel vita functus iterum ad-  
mitteretur. Ac receptus est ille qui-  
dem, sed funebria iusta ei persoluta  
nequaquam sunt: Ne Sodalitas ne-  
gligentia patrocinari videretur. De  
desertoribus porro nunc agendū est.

CAPVT

Seuera  
Sodalium  
contra  
lurcones  
sententia

CIC. 106,

Ingolsta-  
dienses  
funera  
negligen-  
tium non  
procu-  
rant.

## CAPVT III.

## DESERTORES

*Sodalitij pœnis mulctantur.*

**D**esertores in omni honesta Societate inuisi sunt, & odio dignissimi. Ideo quoque à sacris Sodalitij profugi, grauibus à Deo pœnis damnisque mulctati fuerunt. Exempla hæc habe: ne tu fias, in tua potestate est.

*Gravibus morbis affliguntur.*

CI. IO  
XCIV.

I. A domesticis ordior. Ingolstadij excesserat è Sodalitio vnus aliquis: hic dum equo iter facit, excussus tam graui casu humili afflictus est, vt vix triennij spatio luxatos artus antiquum in situm restitui posse medici confirmarent. sensit illico miser inde postulandam opem, vnde mali origo fluxerat. Spondet ad Sodalitatem reditum, & opinione omnium celerius conualescit.

CI. IO  
I. CCV.

II. Neapoli quidam olim Sodalitij Conceptæ Virginis miles, deinde transfuga, cum diris crurum doloribus

bus vexaretur, ac prope totum pharmacopolæ penum exhaustisset, irritâ impensa, tandem meliora concipiens animo vouit se ita rediturum, vt nulla deinceps via auelli velit. Redit; & inter hebdomadæ spacium perfectè curatur; causa mali penitus exhausta. Quod Lemouicis accidisse quoque memoratur.

CIO. DCX.  
Vulneratur.

III. Desciuerat à Recinetensi Sodalitio adolescens, cum simul patrocinio Deiparæ se exemit; nam paulo post lethali vulnere cæsus, id à Virginis benignitate boni adhuc impetrauit, vt & culpam agnosceret damni originem, & vitæ totius exomologesi animum expiaret & iuxta exhalaret.

CIO. DC  
XCVII

IV. Romæ Calendis Maijs ad Sodalium cœtum vocatus quidam, detrectauit. Is circa horam Vesperatû, dum se rixantium turbæ parum caute immiscet, interimitur. Paruisset Sodalium vocibus, periculum vitæ set. Auenione simile quid à Sodalitate ob contumacem animum ex-

Merguntur.

CIO. DC  
XCIV.

CIO.  
DCII.

clu-

cluso euenit : dum enim litem dirimit, ipse hostia succidanea cecidit.

*Plumbo  
trajecti-  
untur.*

V. Cracouia quoque lamentabile spectaculum adspexit duorum iuuenum, qui à Congregatione desciscientes liberiori vitæ animum applicauerant. Vterque enim nescio quomodo tumultu excitato miserè occubuit. Et alter quidem annorum octodecim glande traiectus sine vllis pœnitentiæ signis repente animam amisit. Alter annorum duorum & viginti, aliquoties saltem intra annum cum Sodalibus Sacramenta obire solitus, & ante hunc casum de seriu vitæ emendatione sollicitus, id videtur à Deipara, Diuisque Tutelari- bus impetrasse gratiæ, vt vocato ad se Sodalitatis Præsidente anteaactam vitam palam detestaretur, sacrisque omnibus præmunitus è vita discederet.

*CIO.*

*CCIX.*

VI. Louaniensium Sodalium defertor, eorundem tum honestis moribus tum colloquijs velut classico quodam ad aciem identidem reuocabatur.

cabatur: at ille diem ex die trahebat, dum subito supremus imparatum occupauit. Inter aliquos enim rixa exorta, inopinato plumbea glande, transuerberatus, emota subito mente, nullo doloris indicio, bruti instar parum sobrius miserè expirauit.

VII. Hic calore, alius frigore perijt. Nam Lemouicis ex Sodalium Parthenianorum albo quidam sua culpa expunctus, dum Burdigalam aliquanto post contendit, ipsa sacratissima nocte, quæ Christo Domino natalis est, in silua tenebris oppressus, frigore cœlique iniurijs obrutus, solus ac desertus moritur. Vt in hos profugos cælum, ignis & aqua coniurasse videantur. Certe ignis alium quendam Vesontione malè accepit, cum domum illius integram absumpsit, duabus Sodalium ædibus iuxta positis sine noxa relictis.

VIII. Neque aëris clementia, uti licuit eiusmodi hominibus. Nam in Congregatione Tropæana prouinciæ Neapolitanæ quidam Sodalitij

*Frigoris  
bus obri-  
gescunt.  
C10.  
10CX.*

*Ædes il-  
lorum ig-  
ne absum-  
untur.  
C10.  
10CIII.*

*Supplicio  
extremo  
afficiun-  
tur.*

CIC.  
IIOCX.

litij transfuga, cum gregales sibi ad-  
sciuisset grassatores & sicarios, à li-  
ctoribus in eo comitatu deprehen-  
sus, suspēdio defectionem suam luit.

CIC. IIO  
VII.

IX. Simili fato Moguntiaē alius  
quidam occubuit. Erat adolescens il-  
le magnis à natura dotibus ornatus,  
diuque in Sodalitate vixerat. Sed po-  
stea disciplina omni abiecta præcep-  
s in vitia actus grandi se furto alliga-  
rat. Hic vinculis attentus nihil æqui  
ad aures animumque admisit, quam-  
diu veniæ impetrandæ spes affulsit.  
sed ubi de vita producenda concla-  
matum, & ferali trabe scelus expian-  
dum cognouit, ibi verò serio se re-  
spexit, intimoque pœnitentiæ sensu  
permoueri cœpit, vt illustre omni-  
bus documentum fuerit. Cum duce-  
retur, in oculis effusæ multitudinis  
ad spectaculum florentissimi totaq;  
vrbe notissimi adolescentis coram  
immagine Virginis Matris promissum  
olim ei honorem cultumque multis  
cum lacrymis restaurat. Quo ex tern-  
pore, velut in desertæ prius matris

*Nota  
Remoua-  
tio.*

gra-



gratiam restitutus, tanta animi æquitate doloreque de antea acta vita, ad supplicium properavit, ut perfusus lacrymis rogaret Deum, ut si is dolor satis non esset, auferret porro, & exaceret: in ipso vero ferali loco perinde se lætitia compleri diceret, ac si vita ibi sua minime ageretur. Tanto infortunio indignus adolescens, si aliter bonus esse potuisset.

X. Non multo felicior fors fuit Placentini cuiusdam quondam Soldalis. Hic diuinis igniculis accensus animum ad ecerat ad Societatem; eaque apud omnes erat virtutis opinione, ut Mariana Præfectura ei commissa optimeque ab illo administrata fuerit. Ut tamen lubrica adolescentum sunt ingenia, primum à Congregatione se abduci passus est, tum à Religione ac demum de pietate omnino cogitationem omnem abiecit. Quodque in hoc hominum genere primum est, mulierculæ amore miserimè irretitus insanis eam modis deperibat. Euenit forte, ut ob eius

*Casu se  
ipfos e  
medio  
tollunt.  
CIC. IO  
XCVIII.*

X.

fo-

fores ambularet atque in alium adolescentem, qui tum alia omnia agitans animo casu ibi constiterat, incideret. Exarsit protinus miser, riualemq; sibi ante oculos obuersari ratus, immane quantum insaniit. *Adolescens*, inquit, *edico tibi, ut quamprimum hac te regione educas, neque in hac te platea post unquam conspicer, nisi magno malo affici pessimeque tractari velis. Nolo enim cum mea quicquam tibi negotij intercedat.* Excusabat alter, sibi illac iter fuisse, eiusne ibi soror aut alia habitaret, nescire, neque adeo curare. Hæc ille alio accipiebat, ac dicebantur, gladioque stricto in fugam compulit. Verum hic dum fugit, reuocato animo, præter spem perturbato, ensen & ipse dstringit, ut vim vi pellat, fugæque notam eluat iamque in instantem, obuersus pede fallente corruit supinus, gladio ante se elato; in quem furore excæcatus miser amator irruit ignarus, seque ipsum alieno ferro transfigit; atque paulò post vita discedit.

cedit, Hoc vno felix, quod ante mortem confessione animum expiare licuerit: quæ tam bona felicitas multis alijs negata est.

XI. Certè infaustam eam ego *Moriturus* mortem iudico, qua Biterrensis de- *obsurdes-* functus est. Hic è Sodalitio virtutis *cunt.* palæstra egressus simul à Christiano *CIO. IO* officio in voluptatis viam se conie- *CVII.* cerat. Sed non diu in delicijs esse licuit infelici. Nam morbo graui correptus extinctusque est. Ac permisit Deus Vindex, vt aliquot ante mortem dies obsurdesceret, nec adstantes de rebus ad pie obeundum spectantibus adhortantes audiret, qui sæpè Dei suorumque seruorum monita contempsisset.

XII. Hinc alius Louanij, ne in- *Malè mo-* felici fato extingueretur Sodalita- *ri timet,* tem sibi repetendam esse iudicauit. *nisi rede-* Cum enim à Parthenijs ad socios *at.* moresque improbos defecisset, præ- *CIO. IO* ceptus abire decreuerat in omne nefas. *CIV.* Noluit infelicem perire bonus Deus. Subito correptus morbo, quasi

à Numine monitus, sensit sibi mori-  
 endum esse: tum verò gemere, tum  
 dolere. Quid multa? negavit se vel  
 confiteri peccata, vel benè beateque  
 mori posse, nisi à toto Sodalitio pe-  
 tita submissè venià nomen suum ta-  
 bulæ redderetur; vnde paulo ante  
 fuerat expunctum. Factum id qui-  
 dem; sed propè serius ad confessio-  
 nem ventum est. Febris calore suo  
 cerebrum occupauerat, rationemq;  
 euerterat. Desperantibus itaque Me-  
 dicis Sodales ad vota precesque cō-  
 fugere: quibus lux tanta menti im-  
 petrata est, vt æger toto vita cursu,  
 nunquam animo perspicacior ad  
 sui scelerumque suorum notitiam  
 fuisse videretur. Illud inter alia maxia-  
 mē angebat ægrum, quod à Sodali-  
 tate, itemque ab Exercitationibus B.  
 P. Ignatii, quibus fuerat eruditus, ad  
 vomitum redisset; nihilque repetē-  
 bat frequentius, quàm vnā hanc  
 ingrati animi notam omnium sibi  
 malorum causam extitisse. Alia quæ-  
 dam attingit, P. Franciscus Veron.

XIII. Vnde totis cuique viribus  
 enitendum est, ne vnquam inde ex-  
 cidat; aut si quo infortunio ruit, vt eò  
 redire quam primum liceat. Ad quod  
 Deus viso horribili obiecto quen-  
 dam pernouit. Nam à cætu Baroti-  
 tano prouinciæ Neapolitanæ quidam  
 proscriptus ob fastidiosam legum  
 negligentiam: fortè iter nocte insti-  
 tuerat, & nescio qua indignatione,  
 impia verba in Deum dixerat, cum  
 ecce tibi repente bellua immanis at-  
 que deformis conspectui illius sese  
 offert, atque oris hiatu, captoque ir-  
 ruentis in morem impetu laniare im-  
 probi artus minitabatur. Quid face-  
 ret infelix præda? subiit mentem B.  
 Virginis neglectus cultus, simulque  
 poenitentia: vota itaque noua facere,  
 redeundi; ad Sodalitatem animum  
 concipere instituit. Qua facta animi  
 deliberatione periculum citò discuf-  
 sum horrendumque id spectrum,  
 quod fugientem ad mille passus se-  
 quebatur, à trepidantis conspectu se-  
 abripuit. Ille tam salubris propositi

*In Ma-  
 nuali So-  
 dal. c. I. p.  
 1. §. 4.  
 Spectro  
 obiecto ad  
 Sodalita-  
 tem re-  
 ducun-  
 tur.  
 CIO.  
 IOCX.*

memor vitam omnem à pueritia re-  
legit, Sacerdotique exposuit, ac So-  
dalibus redditus frugi esse cœpit.

XIV. Simile quid cuidam alteri  
desertori accidit. Rem ex alijs cog-  
nitam, grauis quidam Sacerdos ad me  
perscripsit. Ne in notitiam quis per-  
sonæ deueniat, locum historię præ-  
termitto, annum signare contentus.

CIS. 10  
CXIII.

sic autem ille memorat: Adolescens  
quispiam vitę paulo liberioris ob ne-  
glectas Sodalitij Leges, post tertiam  
& quartam admonitionē expunctus  
est è Sodalium numero. Abierant ab  
eiectione menses aliquot, illeque si-  
mul in peiores abibat mores, & non  
pedetentim, sed per saltus, & magnis  
itineribus properabat ad inferos.  
Quadam nocte, dum continuis in-  
festatur somnijs, vt sunt semper tur-  
bulentę malorum Conscientiæ, nec  
adultam iam nocte, quietis partem  
aliquam capere posset (hęc aiunte-  
uenisse circa ferias Corporis Christi)  
proripit sese è lectulo circa horam  
secundam matutinam, ac vt fasti-  
dium

dium illud mentis, tumultusque lan-  
 cinantis Conscientiæ infringeret,  
 coepit aberrationem animi in lectio-  
 ne nescio cuius sæculæti Libelli qua-  
 ritare: dum legit: ecce tibi fragore  
 ingenti cubiculi ostium concuti, re-  
 cludi, intrare exinde Gigantea mu-  
 lier horrido vultu, hispidoque habi-  
 tu, manibus, pedibusque in vngues  
 desinentibus, furiarum aliquam cre-  
 deres: Hiare, tremere adolescens, ac  
 imo se angulo in cumulum collige-  
 re, inuocare cælites, ac Mariam no-  
 minatim inclamare. Hic mulier, Dæ-  
 monem loqui putato; *Frustrà*, in-  
 quit, *es, frustrà eam appellas, à quâ ubi*  
*Sodalitium deseruisti, vicissim deser-*  
*tus es, meaque potestati concreditus:*  
*Meministi hæc & illa scelera toties*  
*& toties à te perpetrata, neglecta Sa-*  
*cramenta, &c.* Iuitque longo ordi-  
 ne per omnia adolescentis flagitia,  
 etiam occultissima, eiusque conspectui  
 vniuersa simul obtrusit, addens hoc  
 Epiphonema. *Itaq; ob hæc & similia*

X 4

de.

demerita mihi traditus es, iam iam ad inferos rapiendus: & his dictis exfer-  
 tabat unguis infelix monstrum im-  
 pacturum illos in miserum. Cum  
 tandem adolescens metu exanimis  
 & sudore diffluens ad Orationem  
 Sodalitatis tanquam ad ultimam an-  
 choram confugit, & magnâ voce in-  
 clamat SANCTA MARIA Mater  
 DEI & Virgo, ego te hodie, &c. Vix o-  
 rationem finierat, cum extemplo a-  
 peritur cubiculi fenestra, intratque  
 hac honesta matrona velata (neque  
 cuius dignus erat adolescens Mariae  
 n. & pulchritudinis aspectu) iustoque  
 monstro facessere ac arreptâ adoles-  
 centis dexterâ: *Bono, inquit, animo  
 esto: propius equidem abfuisti a peri-  
 culo, sed vade, confide, confitere, redde  
 te Sodalitati, meliorem posthac vitam  
 institue.* Ille ad Collegium aduolat,  
 & quartâ matutinâ, tumultuanter  
 ære campano pulsato Ianitorem per  
 omnes cælites obtestatur, Directo-  
 rem Sodalitatis aduocet: venit ille,  
 & cum videret adolescentem etiam-  
 num



num toto corpore contremiscere, atque adeo pallore deformatum, ut e sepulchro recens egredi crederes, facile & fidē habuit dictis, & in Sodalitium admisit, sed & grauis odor in cubiculo relictus, & impacta atque impressa in fronte camini & ligno transuerso, à mōstro per spiraculum abeunte luculenta vnguium vestigia dubitationem facilē omnem eximebant.

X V. Alium B. Virgo ad Sodalitatis repetitionem impulit. Nam cum à Sodalitio Aletino se abruptisset, atque inter flagitia volutaretur, in somnis Æthiopem foedissimum in aula homines in frustra cædentem conspexit. Quo aspectu perterritus, ac quid consilij caperet incertus, videt Mulierem formosissimam, a cuius ore tantum gratiæ splendorisque profluebat, ut Dei Matrem facile agnosceret. Hæc ad adolescentem conuersa: *Iam mox, inquit, cruentas Æthiopis manus senties, nisi ad pristinum vitæ genus redieris.* Discussio som-

*B. Virgo  
reditum  
suadet.*

*cap. 1301.*

mo cum diu anceps flagrantissimis precibus à Virgine exposceret, ut viam præmonstraret, quàm eundum esset: inter orandum mulier niueo amictu fulgens eius sese oculis offert, eumque Sodalitium repetere iubet, si vellet imminens periculum effugere: quod ille properè executus est.

*Quantum  
malum  
sit Sodalitatem  
deserere.*

XVI. De desertoribus hæc memorare habui orbique ostendere, ut defectionem miseri suam luerint. Quanquam absque his pœnis foret, satis ego arbitrer magnam pœnam, à Sodalitate vel excludi vel abire. Est enim id nuncium remittere singulari B. Virginis patrocinio: à Matris illius gremio reijci aut resilire: Retractare illud: *Ego te hodie in Dominam, Patronam & Aduocatam eligo, firmiterque statuo me NVNQVAM te derelicturum: Nolle dictum: Obsecro te igitur, suscipe me in seruum perpetuum, adq[ue] mihi in actionibus omnibus meis, nec me deseras in hora mortis. Hæc tunc tibi quibusvis pœnis maiora nõ*

videntur? Grauis omnino colli-  
 sio, ista è talis Matris gremio ruina:  
 dum hosti ad omnem expugnatio-  
 nem opportuni fiunt. Ac quod Reli-  
 gionis cuiusdam desertor, cum infami  
 supplicio afficiendus duceretur,  
 dixisse fertur, se cum religiosam ve-  
 stem exiit, visum sibi esse simul  
 Christum exuisse, simulque pec-  
 catis omnibus ianuam patefecisse:  
 id in hos plerunque conuenit, cum  
 Sodalitate mores bonos exuunt atq;  
 in flagitia præcipites abeunt. Et si-  
 mile quid in animis eorum geri mihi  
 videtur, quod cuidam Sodalitate  
 moto accidit. Hunc Aueniense sui  
 mores censoria nota dignum apud  
 Sodales sæpenumerò fecerant, ni-  
 miæque contumaciæ reum conuen-  
 tu denique extruserunt. Eodem ipso  
 tempore, quo nomen eius albo So-  
 dalitatis eximebatur, in templo ubi  
 tum versabatur, linquente animo,  
 cadentibusque subito viribus sicuti  
 exanimis corruit. Quo ex deliquio  
 animi cum postea recrearetur, fa-

C19.  
 100XII.

Etumq; didicisset, interpretatus pœnam diuinitus inflictam, mutata vitæ ratione, multo ambitu veterem locum prensauit, Tironisque conditione iterum receptus est. Ita cum aliis Congregatione abeunt, eorum mihi animus vires suas perdere, virtutibusque destitui videtur. Non desero, inquit, MARIAM: etiam extra Sodalitatis septa cultus Mariannus viget: vestro more colere desinam, colam meo. Primum, lactare ista poterant, & certe dixerunt illi, quos punitos recensui; nemo enim tam effrons est, qui MARIÆ Virginis cultum deserere velle se dicat. Deinde, me vide, non coles. Quid enim? dic quid causæ habes, cur exauctorari petas ab hoc seruitio, cui te seruum perpetuum addixeras? Non vacat, inquit; aut, Nequeo porro perpeti vestra hæc: promeolubito vinere volo: Leges, & quicquid pium esse cogit, hostibus meis. O te frigidum amatorem Deiparæ, si te hæc minime molesta, vbi que moribus recepta, Summorum Pontificum auctori-

Quorundam de-  
fensio:  
Refellit.  
tur.

Causa  
deserendi frigi-  
da.

floritate probata Sodalium officia  
 absterrent ; si tibi hæc difficilia sunt,  
 vt nostro more colere nolis ; video  
 quid factururus sis , coles tuo more , id  
 est , frigidè , & si lubuerit , ne coles  
 quidem . Verùm denique , mi homo ,  
 finge sanè Magnæ Virginis cultorem  
 te futurum . O infortunate , nescis  
 quid boni amiseris , qui Sodalitatem  
 egressus es . Nam alias vt omittam  
 miseras , vnã hanc vide Infinito-  
 rum hominum , qui latissimæ , quæ or-  
 bis totus patet , Sodalitati adscripti  
 sunt , consortio , communione innu-  
 merorum operum , suffragatorum  
 copia inexplicabili te priuas . Culto-  
 rum Deus multitudinem & , si dicere  
 licet , coniurationem virtutis amat ,  
 in qua cæterorum probitas vnus ne-  
 gligentiam compensat ; & nummu-  
 lus meus in tanto thesauro numerum  
 facit . *Ecce quam bonum & quam iu-*  
*cundum habitare fratres in vnum ,*  
*Quoniam illic mandauit Dominus be-*  
*nedictionem , & vitam vsque in secu-*  
*lum .* Vnde quicquid in tot myriadas

*Inter*  
*multos B.*  
*Virginem*  
*colere*  
*plus boni*  
*habet.*

*Psal. 132.*

hominum boni coelo delabitur, quia inter illos *habito*, meum id quoque fit; & mea est illa *benedictio* & mea *vi- ta* est, quia *illic* sum. Quo tam imenso bono destituuntur, qui se à reliquis segregant. Quod qui non intelligit aut curat, quantum sit damnum, certè dignus est, cuius nomen è Sodalium numero expungatur, vt qui iuxta Sodalitatis bonum ignorat ac vilipendit. Sed his omissis, vt in optimis captis persistamus, porro enitatur. Ad quod magno hortamento erunt, beneficia immensa à Sodalitate profecta, ad quæ narranda nunc accedo.

## CAPVT IV.

## SODALES ALIIS *beneficia impetrant.*

**Q**uo sint apud Deum loco Sodales ex eo licet intelligere, quod non modo sibi ab eo beneficia consequi, sed alijs quoque impetrare possint.

quod amicissimorum proprium est. ponam è multis aliqua, vnde dicas, quantum Sodalium preces valeant, ex eoque voluptatē capias, quod inter eos vitam agas, qui tam promptum tibi auxilium afferre queant.

I. Mureiæ latro quidam insignis, vt se periculo eximeret, accusauit Nobilis familiæ adolescentem, qui cum quæstioni subijciendus esset, reiecta res est à Prætore in diem tertium, eò quod esset peruigilium Assumptæ Virginis. Adolescentis materrogauit Sodales Deiparæ, vt cum sacro adessent, diuinisque epulis accumberent, causam filij Patronæ suæ commendarent. Res mira: nec dum omnes Sodales sacram Eucharistiam sumpserant, cum latro ille, festinè Iudicem aduocauit, ad eius genua supplex se abiecit, suum id esse crimen confessus, atque adolescentem culpæ immunem protestatus est. Ita adolescens è graui periculo ereptus, Sodaliū cætui adscriptus est; vt vnde innocentia testimonium

*Infontem  
liberant.*

CID. 1<sup>o</sup>

CXIII.

con-

consecutus fuisset, ibi innocentiam perpetuo colere Virginique Aduocatae suae famulari posset.

*Agris o-  
pitulan-  
tur.*

CIO. IO.  
LXXXV.

II. Ager quidam Dilingae cum Sodalium pietati multum tribueret, ab eis summe contendit, ut pro sua ad Deum incolumitate preces funderent, placuit obsequi studioso roganti; & decantatis, quae B. MARIAE titulos continent, precibus, repente morbo aeger releuatus est. Quod Romae, saepius factum infra referam.

CIO. IO.  
LXXXVI.

III. Neapoli cuidam periculoso tumore dextera, in eamque iam molem index excreuerat, ut contagij vitandi causa ignis adinouendus videretur. Indicauit istud Patribus Societatis, qui egrum forte inuiserant, molestamque sibi eam fore vltionem significauit, quod iam sacris ordinibus initiato, Sacerdotij petendi spes omnis aditusque intercluderetur. Vnum restare perfugium Deiparae patrociniū. Nec spes irrita: commendatus enim Sodalibus, eo ipso die, quo digitus erat exurendus, sa-

RUS



nis & gratulabundus ad Sodalitium  
accessit.

IV. Audierat de Turnonensium

Sodalium virtute per multa vicinæ

urbis incola. Hic ægrum filium, &

iam multos dies affixum lectulo, So-

dalium precibus commendat, vo-

tumque nuncupat, si æger pristinæ

reddatur valetudini, eius ex cera ef-

figiem donum se B. Virgini daturum.

Incumbunt Sodales in preces, nec

sunt irritæ: meliusculè incipit ex eo

habere, deploratæ alioquin valetu-

dinis adolescens; mox etiam pristinæ

redditur sanitati. Missum postea ad

Sodalitatem pro recuperata valetu-

dine votum simulachrum.

V. Monasterij adolescentulus So-

dalitatis Angelicæ dum oratoriolo

suo exornando operam dat, per sca-

las altas præceps decidit. Exanimis ad

diem penè integrum iacet: vulneratij

de vita desperant: Sodales in Patro-

na sua maiores vires fitas non ignari,

spem concipiunt; tum precibus piè-

futis ex ipsis lethi faucibus incolumè

recipiunt.

VI. In

CIO

ALDCE

CIO.

IOCV.

ALDCE

ALDCE

ALDCE

Fugientē

Suam

retinent.

CIO. IO

CIX.

ALDCE

ALDCE

CCIO.  
DCCII.

VI. In altero Dolano Sodale & sollicitæ sociorum preces, & singularis B. MARIÆ fauor enituit. Cum enim certatim ad illum moribundū conuenissent, & fortè Salutationis Angelicæ signum daretur, admoniti patronæ suæ & periculi vrgentis, instant in vota ardentius. Mirum dictu: Illis surgentibus, redit æger ad se illico, valet, viuit.

*Pestiferis  
medetur.  
Eodem.*

VII. Nec verò morbi genus tam dirum inueniri potest, cui Sodales medicinam non inueniant. Sellien- ses duos socios pestis corripuerat: Præses Congregationis vtrumque Sodalibus commendauit, vti pro illis preces funderent obsecuti sunt; & vt de Psyllis perhibetur quasi su- ctu quodam; ita illi venenum omne è corpore illorum precando exfluxerunt.

CCII.  
DCCIV.

VIII. Assumptæ Virginis Bisun- tinæ Sodalis tanta humorum vitoto corpore se diffudentium ita affli- ctus est, vt nouem ipsos decemue di- es membro nullo vti posset. Quo die

pro

pro eo in Sodalitio preces fusæ sunt, humoribus absumptis omnino illi sanitas restituta est.

IX. Sodalium itidem precationibus Antuerpiæ opportunè consultum est vulnerati adolescentis salutis. Cùm adactus magna vi culter incoxendicem ipsius & impetu fractus altera parte, ignaro chirurgo, hæreret in vulnere; nec deinde unquam euocatum esset ferrum; obducta post leuam curationem cicatrice, incredibiles assiduosque cruciatus misero concitabat. Illis doloribus sedandis sæpius repetita chirurgi manus, & incisa carne ad eam partem, qua se inflammatio intendebat, cùm nihil succederet, Sodalium precibus se impensè tradidit. Secundum eas preces chirurgo recens exsectum locum accuratius tractanti occurrit abditum nescio quid, quo manus explorantis offendebatur. Sed cùm omni arte sollicitauisset, educi nihil potuit. Expetit magno studio iteratas Sodalium preces adolescentis.

*Vulnerato operam ferunt.*

CIO. IO

CXCII.

lescens; conueniunt illi & feruenti  
 animo insistent à sua Præside Dei Ma-  
 tre adolescentis postulare sanitatem.  
 Quibus in ea oratione defixis, nullo  
 negocio noxium ferrum trahentis  
 secutum est manus; quod ille ipso die  
 adolescens recuperatæ salutis testi-  
 monium & grati animi indicium So-  
 dalium Moderatori attulit.

*Pluuias  
 impetrat*  
 CIO. IO  
 CIII.

X. Sodalitas Calatanessestensis  
 in Sicilia, cum magna siccitate terræ  
 frugum spes pariter vreretur, qua-  
 draginta horarum precatatione insti-  
 tuta ingentem è coelo pluuiam atque  
 inexpectatam impetrauit. Quare fa-  
 ctum est, vt alij atque alij in idem So-  
 dalitium se admitti enixe postulave-  
 rint. Non dispar fuit quod primo li-  
 bro de pluuijs Granatæ atque Xere-  
 Zæ euocatis; de hostibus Monasterio  
 fugatis recensuimus. Quo loco plu-  
 ra, quæ propositæ rei fidem facient  
 inuenies.

CIO.  
 IOCX.

XI. Meliores alius pro fratre plu-  
 uias impetrauit. Eques enim quidam  
 Hetruriæ in Sodalitate Aquilana  
 iuxta

iuxta fratrem suum eisdem in ædibus  
 cubiculo tamen diuisus precabatur.  
 Verùm ea erat mentis ariditas, vt sibi  
 sensu omni pietatis carere videretur,  
 multumque obluētatus obiurgabat  
 siccissimos oculos, quod ne lacry-  
 mula quidem stillarent. Augebat  
 hominis ægritudinem frater, quem  
 lacrymis inter vota singultientem,  
 procul inaudiebat, ac pia tactus in-  
 iuria: *En, mi Angele, inquit, vides  
 hunc pumicem? quin aquulam affun-  
 dis? saltem fratrem tacitus incita, vt  
 de flumio paucas guttulas arenti ad-  
 spergat.* Non in aërem iactæ preces.  
 Frater negotij ignarus sensit occulta  
 vise impelli ad deprecandum pro fra-  
 tre, cuius miserandam speciem ani-  
 mo quasi impressam coram adspe-  
 ctabat; Orauit; aridique oculi lacry-  
 mis fluere, animus mira iucunditate  
 perfundi coepit.

XII. Claudam caput istud qui-  
 busdam exemplis sanitatis corporis  
 animique per Sodalium preces repa-  
 rata recēlitis, prout literæ Romanæ,  
 iuxta  
 qua-

quarum sæpè mentionem fecimus, memorant. Religio mihi est verba illorum immutare.

CI. IO

CXXIII.

*Cum nobilis quædam mulier à medicis desperata ferè animam ageret, & absq<sup>ue</sup> salutari viatico mortura crederetur, Parochus eius magno dolore affectus existimans eam ex quibusdam signis furere aut à Dæmone obsideri ad nos accessit cõsiliium, & opem implorans: Itum est ad domum mulieris: quam post aliquot à nobis preces effusas Dei, & Sacratissimæ Virginis benignitate tanta repente Religio incessit, & ad communicandum dispositio ut Parochus valde exhilaratus Sanctissimum Christi Corpus attulerit, quod illa maxima cum deuotione suscepit: nec amplius aliqua mentis emote signa ostendit, propter quæ à Sacrosancti perceptione libaminis Di-*

abo-

aboli ut credebatur, fraude arceba-  
tur.

XIII. *Quidam ad nos venit Eodem.*  
rogans summopere, ut ad domum  
viri nobilis, in qua iuuenis morti  
proximus decūbebat accederemus;  
qui sub obtentu pietatis sacram cō-  
munionem recusabat, neque con-  
sanguineorum & amicorum nec  
medici & ipsius Parochi precibus à  
 proposito dimoueri poterat; tanta  
erat mentis peruicacia. Accessimus,  
& salutaria consilia iuueni insinua-  
uimus. Isque parumper obluētatus  
mox nobis persuadentibus Dæmo-  
nis fraudem agnouit, & paulo post  
Sacrosanctum Viaticum deuota re-  
conciliatione premissa aliisq; pieta-  
tis significationibus edixit non sine  
astantium ædificatione, & spirita-  
li consolatione accepit, ac postridie  
mane cum bona spe misericordia  
Domini è vita migravit. XIV.

Eodem.

XIV. Dominus N. Patritius Romanus è viuis excessit, qui cum ante biennium Sodalitati nostræ nomen dedisset, licet frequentatione illius multum sibi diceret profuisse, parum tamen inde opis ad seriâ vitæ emendationem hausisse videbatur, adhuc prava consuetudo nature spiritui aduersantis inueteratis affectuum malorum habitibus quasi quibusdam vinculis hominem irretitum tenebat. Erat enim vehementis animi, & ad iracundiam præcipuè in domesticos valde propensi, factis nihilis censeo singulari Deipræ Virginis beneficio, ut hic in ultima infirmitate pius amici consiliis adiutus qui illum ad Sodalitium perduxerat in alium repente virum euaserit, & tam quieti & pacati animi signum dederit cum omnibus in gratiam rediens, ut qui homi-





eadem in Capitolio maiorum sepulcris inferretur, fratres Sodalitatis in comitatu frequentes adfuerunt. Reliqui vero in Oratorio eodem tempore flagellis acriter seipso ceciderunt in eius anima adiutorium: officium vero defunctorum & ceteras preces pro more Sodalitatis offerendas in proximum diem Dominicum distulerunt.

*Eadem.*

XV. Noster quidam Sodalus è regione Burgi faber lignarius vigesimo quinto suæ ætatis anno, qui cum magno fervore spiritus per sex annos ad oratorium nostrum frequens ventitauerat, religiosæ vitæ assumenda consilium cepit. cumq; diu secum, & cum Patre suo spiritali rem contulisset tandem familiam fratrum S. Francisci Reformatorum in Transyberina regione optavit, atque hoc ipso die ex Vrbe ad eum locum

locum, in quo superiorum iussu regularis disciplina tyrocinis erat imbuendus discessit. Is igitur ante quam proficisceretur non pauca rogatus pro Sodalium aedificatione disseruit. In primis enim affirmavit frequentationem Sodalitatis maximam sibi spem attulisse, ut in via mandatorum Dei ambularet, & ut à multis criminibus quibus antea se obnoxium fuisse dicebat expediretur: adiecit etiam missiones illas nostri Sodalitij eamque præcipuè quã in foro Agonis obimus, cui ipse nunquam non interfuit, ingentem sibi animi voluptatem, ac spirituale auxilium contulisse; proinde obtestatus est omnes, & vehementer cohortatus, ut operã missionibus diligentem nauarent: inde enim eos, & animarum profectum & ingens à Deo premium reportaturos.

Eodem.

XVI. Summo mane magna cū  
 festinatione ad Sodalē morti pro-  
 ximum accersiti accessimus. Inue-  
 nimus autem Parochum qui san-  
 ctissimum Christi corpus illi com-  
 municaturus aduenerat, nec potue-  
 rat, quoniam sensuum usum ami-  
 serat, & mox efflaturus spiritum  
 uidebatur. quamobrem illum una  
 cum propinquis aegroti ingens dolor  
 inceserat, atque omni spe destitutus  
 discessum parabat. Nos uero nescio  
 quo instinctu cōmati illum ut pau-  
 lisper maneret obsecrauimus quo-  
 usque salutarem Reginae Virginis  
 precationem absolueremus ne fa-  
 mulum suum absque Sacrosancto  
 Viatico mori permetteret. Cum au-  
 tem ventum esset ad ea uerba. O  
 CLEMENS. O PIA. statim è so-  
 mno excitatus moueri cœpit aegro-  
 tus, nomine appellatus responsum

des.

dedit: tum deinde de Dominici corporis presentia admovitus magno per se exhilaratum ostendit: cumq; humili gratiarum actione & Dei benedictione Sacrosanctum Viaticum suscepit, ac demum post aliquot horas pie, & sancte obdormiuit in Domino Parocho, & alijs, qui aderant virtutem celitus affusam Deiparae Virginis clienti palam predicantibus. Iam insigne vero beneficium Parthenio Sodali collatum in conuentu Sodalium tempore disciplina, nec non in concionibus intermissiones habitis euulgatum ardentibus multorum affectus & pietatis igniculos erga tam beneficam in suos cliētes dominam excitauit. Animaduersione etiam dignū arbitror quam salutaris sit ille mos apud Sodalibus vsitatus, ut in omnibus disciplinis pro Sodali primum morituro

*preces effundunt.* Hæc illi. Nunc quæ in ipsosmet bona Sodales cælitus defluerint, videamus.

## CAPVT V.

## BENEFICIIS AD *Congregationem Vocati.*

**S**I tanta bonorum copia Sodalitates affluunt, quantam hucusque memorauimus, ad ea inuitari magnū est beneficium: maius est alio beneficio ad tam beatam sortem peruenire. Ita Diuæ Matris proprium est mortalibus abundè benefacere: digna prorsus, cui sese vicissim obstringant omnes; à qua tam benignè pendunt.

CIO. IO  
LXXXIX.  
*A prado-  
nsbus li-  
berantur*

I. Louanio quidam profectus, vt parentes prius salutaret, quam Sodalitati nomen daret, in itinere à prædonibus captus est. Agnouit cunctationis pœnam; vouitque si liber abire posset, celerem Sodalitij accessum. Valuit votum: custodibus somno

mno sepultis, vinculisque dissolutis fuga elapsus opitulatrici Virgini votum exoluit. Duaci eadem voti religionem latronum insidias alius evitavit.

An. CIO.  
10CVI.

II. Monachij Socer generum glande sclopi infra scapulas traiectū in extremum periculum adduxerat.

Eodem.

Vulnerarij conclamarant, anima per vulnus stridebat. In hoc ille periculo deprehensus vita omni apud Sacer-

Sclopi i-  
ctus con-  
ualescit.

dotem expiata, votum nuncupat, Sodalium se numerum aucturum, si conualescat. Mox voti damnatus est.

Simili voto alius Tholosæ è lethifero vulnere: Louanij vir consularis è morbo conualuit.

Eodem.  
CIO.  
10XC.

III. Mexicanus Sodalitatis captabat multos, Sodalitioque Salvatoris, adiungere studebat. Inter alios amicum quendam suum frequenter admonuerat, ut inanibus curis relictis nouo cætui accederet. Trahebat ille nihilominus moram, & largis promissis optima amici consilia eludebat. Sed graui subito morbo cor-

CIO. 10  
XCIX.

*Morbo ad* rebus remedijs incassum adhibitis  
*Sedali-* nostro victoriae occasionem in ma-  
*rate & o-* nus dedit. Hic enim ægrum metu  
*castris.* mortis anxium inuisit, & renidens a-  
 marum: *Atqui scito,* inquit, *hunc do-*  
*lorem tibi à Deo immissum vindicem*  
*pertinacæ, qua dudum mea consilia*  
*frustraris; nec aliam superesse pacandi*  
*Numinis, & auertendi doloris viam,*  
*quam votum incunda Sodalitatis.* Vo-  
 uit æger, & postero die dolore leua-  
 tus, atque intra paucos dies valeu-  
 dini restitutus est.

*Etiã*  
*maleuoli*  
 CIO.  
 CIOXII.

IV. Atque, vt magis noueris pa-  
 tronæ nostræ benignitatem, etiam  
 maleuolos Sodalitati conciliauit.  
 Auenione quidam Sodalium insti-  
 tuto ad eò infensus erat, vt de illo ob-  
 trectandi nullus ei esset modus. Huic  
 ad senectutem grandem alter mor-  
 bus accessit, lecto que hominem affi-  
 xit. Conceptæ Virginis die, quem so-  
 lennem Sodales illi colunt, noua  
 ægro lux mentis oborta est, Præsidem  
 aduocat, amplectitur, veniam male-  
 uolentiæ poscit, arbitrum conscien-  
 tiæ



riæ deligit; denique vt malum erro-  
rem corrigeret, apud eundem insti-  
tit, vt reliquis Sodalibus adscribere-  
tur. Quod vt impetrauit, vis simul  
morbi proscripta est.

V. Quendam Oeniponti male-  
uolorū rumores ab amplectenda So-  
dalitate annis aliquot auerterant.  
Sed cum equo prolapsus cūm latus  
grauiter læsisset, inanes sibi verborū  
crepitus contemnendos esse vidit:  
ingressum vouit: dolor mitigatus est.

VI. Eodem voto Dolæ febrim  
continuum; Vesontione lethiferam  
agritudinem alius pepulit.

VII. Pro parente alius Mogun-  
tiæ idem sponndit, euentu optimo.

VIII. Alius grauissimo animi  
morbo Sodalium pietate conspecta  
liberatus est. Nam Biterris magnæ vir  
auctoritatis sui affinis iniurias tenaci-  
us pectori impressit, quàm vt euelli  
possent. Nihil preces, nihil intentatæ  
aternitatis minæ valuere. Hic saluta-  
tæ Virginis Festo sacellum Congre-  
gationis ingressus, dum curiosius

CIO. IO  
XCVI.

CIO. IO  
XCVIII.

CIO. IO  
XI.

*Eodem.  
Sodalitij  
adspectu  
iniuria-  
rum obli-  
uiscuntur.*

perlustrat omnia, loci cultu captus est, procubuit in genua; Virginem salutavit, toto animo emollitus est: iniuriarum memoriam vltro, simulque peccatorum sarcinam deponere constituit. Pertinuerat istud ad eum locum, quo Sodalitatum æstimationem exposuimus; sed ibi præteritum hunc credo locum non importunè occupavit.

CIP. 136  
VIII.  
Vitia ex-  
munt.

IX. Cuidam pugna anceps erat, diuque dubia, darétne nomen Congregationi Frexenalensi, & malè agendi à se consuetudinem ablegaret, an antiquo luto hæere vellet? Vicit pars deterior posthabito Dei- paræ Sodalitio, negavitque solitis iuramentis, vitæ prioris moribus abstinere posse. Nocte cum angustijs malæ conscientiæ premeretur, Virgo Mater per visum se ei obiecit, Matriona Maiestate grauis, voce alia quam solent homines: *Quid agis tu?* inquit, *quid ego hoc de te merui, ut Sodalitas tibi mea iaceat contempta? & libidinem potius tuam, quam virtu-*

dem sequaris? Dixit; & ille tum proposito tum moribus mutatis ostendit, ludibrium oculorum non fuisse; quod inueteratos animi morbos eximere potuit.

X. Quam leuia in vtramque partem magnum saepe momentum habent? Dolæ optimo parenti dissimilis viuebat filius. Cum pater ad eum corrigendum omnibus obiurgationibus, multisque alijs remedijs tentatis nihil profecisset, sacris mysterijs expiatus, vti filij emendationem Deus cordi habere vellet, obnixè rogauit. Auditus est. eo ipso die, puer Christum Dominum visus est videre increpantem, & ni mutata viuendi ratione, patri statim pareat, atrociam minitantē: illicoq; correptus est grauissima febre, quæ annum durauit. Ea vtcunque releuatus, cum Dolam studiaque literarum repetiuisset, fortè à Sodalitatis Præfecto rogatus est, vt exscriberet Sodalium nomina: neque ipse tum nomen erat. Hoc dum facit, offert se ei spectan-

CIO. 13  
XCI.

*Sodalitatis leue beneficium conferens ad eam vocatur.*

dam Beatissima Virgo. *Hoc age, inquit, rem mihi gratam prestas: nec ego tibi vsquam deero.* Hoc viso territus exhilaratusq; auidè Sodalitium ambit, diuque exercitus, tandem morum probitate euicit, vt adscriberetur. Atque insignis morum commutatio fidem fecit, eum maiore, quam humano eloquio ad frugem pertractum fuisse.

## CAPVT VI.

## BONA FORTV- næ Sodalium seruantur.

**B**ona Fortunæ incerta sunt, & cum rota deuoluuntur: neque eorum iactura tanti facienda est, vt virum fortem mouere debeat. Quia tamen sine illis vita hæc ægrè ducitur, moderatus eorum quæstus improbari non potest. Quo in genere Sodalibus suis B. Virgo nunquam defuit, vt sequentia exempla patefacient.

I. Nea-

I. Neapoli Sodalitatis pro suis familiaribus ære alieno pressis sponsor factus, cum nexui tradendus esset, Cœli Reginam auxilium poposcit; sensit: nam subito sex creditorum animus ita immutatus est, ut communi mente debitum remisissent.

*Ære oppressis levantur.*

CIO. IO  
LXXXIIX

II. Ibidem Opificum quoddam est Sodalitium Christianis officijs imprimè addictum. Sodales ad cæteras suas exercitationes adiecerunt, ut è Diuis aliquem vniuersæ familiæ tutelarem in singulos annos ex aluelo sortiantur. Eius imaginem pro sacello statuunt, opem arctis in rebus implorant, & cœlesti refecti pabulo ferias agunt. Quam eorum Religionem diuina Beneficentia cumulatè rependere videtur. Ferunt enim aliquot tenues & ab opibus imparatos, ex quo Sodalitium inuere, fortunis instrui captos: ut desertoribus ex aduerso disfluere, quæ congesserant, quotidianum doceat experimentum.

*Ditescunt.*

CIO.

IOCX.

III. Ex alia ibidem Sodalitate piscator cum aliquando maximis ex-

antlatis laboribus ne pisciculum quidem inclusisset, ad Tutelarem Sodalitij sui Patronam confugit, eique bilibrem ex opere cereo facem spondit, si mille pondo piscium vno iactu attraheret. mirum dictu: Reti explicato quadruplo maiorem, atque optarat, prædam è mari cœpit. Ita non semper quod à diuis petitur, nimium videri debet: nunquam enim eorum libertatem vota nostra exquant. Similem fortunam alteri obtigisse supra retuli.

I. I. c. 6.

§. 14.

*A iactu  
ra seruã-  
tur.*

C19.

10C111.

IV. Bisuntini itidem duo Sodales præfens in re aduersa præsidium in sua Patrona repererunt. Nam cum ingens in ciuitate exortum esset incendium, ædesque iam duodecim conflagrassent, & proximus arderet Vealegon, iam iamque flammæ eorum tectis imminerent, repente ventus ab alia parte exortus malum ab illis auertit.

*Amiffa  
reperi-  
untur.*

V. Illud quoque admirationem habet quod sequitur. Adolescentulus è Mutinensi Sodalitio cum suis

rus

rus profectus, domi precatórios glo-  
bulos, quos quotidie percurrere so-  
litus est, obliuione reliquit. Ne verò  
eam cōsuetudinem omitteret, à ma-  
tre petit, vt suos det vtendos: aufert;  
vtitur; in sacculum, vti putat, recon-  
dit. Ludenti postea cum æqualibus,  
puerili vt fit incuria, excidunt, nec  
sentienti, nec primò memori. Vbi  
post aduertit, quia magni erant pre-  
cij, sollicitè quærere: deinde vbi non  
reperit, dolere, angi, matris iram ve-  
reri, denique ad B. Virginis opem de-  
currit. Pij clientuli tam seduli preci-  
bus permota Virgo, nocte se illi per  
quietem admirabili ornatu ac splen-  
dore offert. compellat hominem vl-  
tro, de Rosario consolatur, locum,  
vbi sit ostendit. Experrectus eodem  
in loco, qui ostensus fuerat, rem a-  
missam reperit.

VII. Ferè puerilè est quod sequi-  
tur: proferam tamen, quia Patrona  
nostra vile nihil putat, quo nobis  
profit. Tholosanus adolescentulus  
puerili simplicitate Votum B. Vir-  
gini

*Vincunt  
in agone  
literario.  
C10. 10CX.*

gini fecerat, si in publico Agone literario præmium referret, delaturum, se ad eius ædem libellum inauratum, quem retulisset. Tres reportavit; votumque quaecumque soluit. Quod **CIX.** **XCVIII.** Camberij quoque euenit. Nam è tertia classe Sodalis cum vix benè nouisset, quid in versu esset positio, implorat ad componendum Virginis opẽ, præmium publicum pro suã potẽseos elegantiã recepit. Hinc ad ea beneficia, quæ corpori commoda sunt gradum faciamus.

## CAPVT VII.

## VITÆ PERICVLIS *eripiuntur Sodales.*

**A** Pollinem Alexicacon vetustas sibi finxit ac coluit, & errore misera & malis nunquam erepta. Quanto feliciores sua Virgine sunt Sodales, quæ quia Dei Mater est, malis omnibus remedium opemque adferre potest; & vult, quia benigna est:

vt



vt quotidiana his curationibus orbi cognitum est. De Sodalibus pauca memorabo; multis omissis, ne similitum narratione fastidium pariat.

I. Vefontione vno anno tres ab exitio seruati, cum in præceps ruis-  
sent. duo de alta domo, leuiter læso capite, implorato B. Virginis nomine, paulò post incolumes surrexerunt. Tertius cum è præscripto Sodalitatis benè mane sacro interesse parat, audit nescio quem: *Abi hinc, abi, inquam; te foris opus exspectat*, ne sacrum hodie audias. Hic ille hæsitare, obstupescere quæ internæ voces, quis ingerat. Et nihilominus, *Adero*, inquit, *etiam te inuito*. Vt sacra hostia populo ostensa, iterum importunior monitor instat, vt exeat. Non paret noster. Missus denique ex templo ad opus faciendum, conscensoque lenicliuo montem præaltum superat, ab altera parte præcipitio scopulisque formidandum. vbi dum ligna colligit, in matutinæ victoriæ vluionem ab hoste impulsus, præcipiti lapsu  
per

*A ruinis  
seruatur.  
GIO. IOCI.*

per abrupta deuoluitur;prehendit  
 quaqua uersum extantes arbusculas;  
 sequuntur communi ruina inuolu-  
 ta. substitit tandem media in rupe,  
 ac redijt tantisper ad se. Deo gratias  
 ac Deiparæ ingentes agit, quod inter  
 lapsum uocati tam benignè adfue-  
 rint. vix luculentam in capite plagam  
 linteolo, ut potuit, obuoluerat, cum  
 præcipitij adhuc restantis præsens  
 periculum aduertit; quod tamè cau-  
 tè iisdem ducibus euasit: omnibus  
 miraculum conclamantibus, qui nõ  
 hominem, sed cadauer in mille fru-  
 sta per scopulos concisum expecta-  
 bant. Et sine dubio pessimè cum eo  
 actum fuisset, si pessimo monitori de  
 sacro omittendo auscultasset.

CIO. II. Auenione alius è tabulato de-  
 IOCIIV. lapsus propè innoxius, cum è casu  
 quo obteri poterat, ad se redijt, pri-  
 mò linguam in sospitatricis Virginis  
 laudes soluit.

CIO. III. E Ruthenensi Sodalitio ci-  
 IOCIIX. uis uotium iter cum socijs conce-  
 perat in Montem Serratum. Accidit,  
 vt

ut angusto calle & saxeo in montem  
 contendētibus plaustra à bubus tra-  
 cta venirent obviam : Nec erat quo  
 se reducerent, vtrinque rupis crepi-  
 diae conclusi. Ergo hi corporum de-  
 clinatione, & qua possunt, evitant  
 periculum : Ille parthenius celerem  
 quoque molitur transitum : sed per-  
 ilia traiectus cornu ferocientis be-  
 stia, atque impetu per confragosa in  
 subiectum ruit præcipitium, ipsoque  
 in casu sanctissimum IESV nomen &  
 MARIÆ ingeminat, optimo euentu.  
 E dura namque caute, cui inciderat,  
 in pedes se erexit, & inuio itinere ar-  
 duum montem supergressus, iugo se  
 stitit incolumem.

IV. Dolæ quasi futurorum præ- civ. 136  
 sagus quidam maiori pietate Patro- VIII.  
 næ suæ se commendarat, illâ formu-  
 lã, cuius principium est, *Sub tuum*  
*presidium*. Eodem die dum Sacerdo-  
 tis hospitis gratia per lapideos scala-  
 rum gradus decursum maturat, sum-  
 mus gradus cæteris amplior vi fri-  
 goris disruptus, sub pedibus fatiscit,  
 & in

& in geminas soluitur partes. Ipse verò inter ambas partes corruentes medius in inferius pavementum, eâ sine dubio protegente, cuius se præsidio commendarat, illâ sus decidit.

CIC.

IICV.

V. Hildeshemij altam Sodalitatis quidam arborem conscenderat, credo, ut poma decerperet. Ceterum ve, frigio fallente delapsus ferebatur præceps. Ibi tum Virginem Patronam suam inuocans, statim visus sibi cælesti quadam vi, & quasi manu sustentari, ac paulatim sine molestia magna, periculoue demitti. Igitur solum attigit, & sensibus & membris integris.

CIC. IC

LXXXIII.

VI. Magna quadam tempestatis vi ac turbinum violentia increbescente, Sodalitatis in vrbe Montis Regalis socios ad litanias B. Virgini recitandas induxit, bonâ omnium fortunâ. Nam cum se somno dedissent, ædium dominus nescio vnde præmonitus, altè sopitos subito excitat, domoque sua excedere iubet. confurgunt re inopina pauidi, & seminudi

pro-

profugiunt. Vix exierant, cum tempestatis ac venti vehementiâ domus corruit, dormientes oppressura, nisi vocata Virgo tempestiue periculum auertisset.

VII. Clarius patuit, quis seruati Sodalis auctor simili in casu Olyssi pone fuerit. Vir enim Sacerdotio & dignitate venerandus prima luce habitu insolito Patrem Sodalitij, moderatorem conuenit; & *O mi Pater*, inquit, *Sanctissima Maris benignitas hac me nocte seruauit*. Narrauitque ipso noctis silentio, cum maxime somno consopitus esset, monentis vocem, Angelinè præsidis an Deiparæ incertum; percepisse se, quæ diceret: *proripe te è lecto, fili, & ex isto cubiculo excede*. tum se grauiore somno pressum segnius imperia capessuisse, tardèquè abitum moliri capisse; sed iterum extimulatum, sopore penitus excusso, atque amiculo raptim circumiecto à cubiculo exiuisse: repente pauimentum ac domus contignationem ingenti fragore corruisse.

Qua

CIO. IO.  
XCVI.

Qua utique ruina oppressus esset, nisi  
cælesti monitori obtemperasset.

VIII. Nancei fornix vitio facto  
collapsurus, Sodalem insidentem si-  
mul tracturus videbatur. hoc ille ut  
periculo se eximeret, saltu in fossam  
lapidibus plenam B. Virginis Patro-  
næ ope implorata se deiecit. Erat lo-  
ci altitudo pedum omnino duorum  
de triginta. Sed fausto illo nomine  
inuocato tantum abfuit, ut à ruina  
inuolueretur, ut domum reductus  
breui coualuerit. Premebatur ta-  
men interea acerrimis doloribus; ut  
igitur beneficio duplici mactaretur,  
Sodales pro eo vota fecerunt, quo  
ipso tempore dolorum illa rabies re-  
sedit, & paulo post malo omni libe-  
ratus est.

CID.  
IOXC.

IX. Romanus Sodalis religio-  
sam vitam acturus, ad suos prius va-  
ledicturus excurrit. Inde cum con-  
cedit in villam, iumentum, quo ve-  
hebatur, in fossam decidit, ex cuius  
altera parte vallis præceps & formi-  
dolosæ altitudinis, simulque eruse-  
qui-

quitis tota mole corporis oppressit: periculum omnino seuum & anceps, siue quod tota iumentum moles iacenti incumberet, siue quod si se illud commouisset, pronus ipse volendus in caput, atque ilicet per præruptam rupem atque asperam saxis præceps erat abiturus. Cum circumfisterent omnes anxij & incerti quid agerent, ipseque iaceret animo consternato, admonent vt re desperata, Deiparæ opem imploret. Nec mora, vix suis credens oculis, non vllis hominum auxilijs, non suo ipsius nisu liberatum crus adspicit, & periculo exemptum: in clamat socios: vix in tuto erat positus, cum equus frustra eluctatus, in imam vallem præcipitans ruit ad exitium, in quod adulescens ruere debebat, ni bona manus lapsum seruasset.

X. Rheda quidã Neapoli vectus, cum è latere decidisset, post rotarum transitum incolumis surrexit. Alter itidem Neapoli ruentis plaustrum impetu prostratus, B. Virginem inuocauit.

C I O.

I O X C.

C I O.

I O X C I I I.

cauit. Nec frustra; crus, quod rota  
 obtritum credebat, incolume sub-  
 traxit. Valentiaë alius dum cætu di-  
 missio domum petit, in vici cuiusdam  
 angustijs, dum obuium declinat cur-  
 rum, siue loci iniquitate, siue alio in-  
 commodo lapsus ita cecidit, vt vtra-  
 que currus rota illius crura supergre-  
 deretur ipso illæso, haud dubie diui-  
 na ope rotas suspendente. Hæc in-  
 ruinis auxilia præstita; nunc quæ in  
 aquis allata, referamus.

*Ab Gm.*

*darum*

*Coragine*

*eripiunt*

*itur.*

*GIO.*

*IOGIV.*

XI. Vt doctrinaë rudimentis te-  
 neram puerorum ætatem imbuerent  
 Sodales duo, nauim Neapoli ascen-  
 derant, in vicinum oppidum ituri.  
 Verùm cum oborta tempestas in ex-  
 tremum illos periculum adduxisset,  
 alter ex his timore verius, quàm som-  
 no sopitus iacebat in ortuo similis;  
 cum B. Virginem videre sibi visus est,  
 quæ lato eum maxime vultu trepi-  
 dantem confirmaret, affirmans gra-  
 tissimum sibi opus esse, quod aggre-  
 derentur; proinde nihil metuerent.  
 Sodalis adhuc gaudio exiliens ad  
 Ma-



DE BENEF. VIT. SERV. 29

Matris pedes ruebat; sed oblata species euauit, simul mare minas furoremque ad tantæ Virginis præsentiam posuit.

XII. Treuirensis ex patria redux *Eodem.*  
aquis hauſtus, ſine damno in ſicca humo ad ædem D. Virginis claram miraculis à fluctibus expoſitus eſt. Ibidem alij duo vndarum voraginem Patronæ ſux ope euitarunt; alterius hauſta nauicula. A torrentis impetu Aniciensis abreptus **IESV AC MARIÆ** *CIO. ICIX.* nominibus in clamatis in vado ſtetit.

XIII. Ticini adoleſcens è cætu *CIO. ICXVI.* B. Virginis cum animi cauſa in flumine piſcicaretur, ea vi decurrentis aquæ ad molendinum allifa eſt nauicula, vt diſtracta omnes in vndis exponeret. Socij quod quiſque poterat prehenderunt, atque in tutum enatarunt: ſolus hic repentino periculo percuſſus, conſilij inops, dum cunctatur, nihil reperit; iam iamque abſorbendus erat, cum mentem ſubijt recordatio B. Virginis, cuius tum ope efflagitauit: atque repente illi

Z inie-

iniecta est cogitatio, vt se in profundum aluei sub molendini rotâ deijceret: sicque præter omnium opinionem, diuinitus incolumis emerfit. Quem salus ipsa, vt aiunt, seruare non potuisset, Virgo nostra nutu vno conseruauit.

CIX.

DXXIII.

XIV. Turonensis alius Sodalis nuper è morbo recreatus, cum iter faceret, ad rapidissimum torrentem, & continuis imbribus tumescentem peruenit: pro ponticulo trabs erat in transuersum collocata, qua transiretur, non sine prolapsionis atque interitus metu. Ergo ob pedum imbecillitatem, arboris ramum defringit, cui nitatur. Quod auxilio fore sperabat, penè exitio fuit. Ventum erat ad mediam trabem, cum inflexo ramo inclinatus, in contrariam partem enitens, in medium torrentem delabitur. Quo casu afflictus, & madida veste degrauatus, magnum periculum adiit: nam manibus ac pedibus rapido flumini agrè obluctatus subsedit; cumque aquarum vi se abripi

ani.

animaduerneret, ad Dei Parentem a-  
nimum & vota conuertit. Mirum di-  
ctu: subito in trabem diuina utique  
ope restitutus, in vltiorem ripam  
incolumis euasit.

XV. Auenione duo ipso palma-  
rum die à prandio iuxta Rhodanum **XCIX.**

inambulabant; inuitantur à condif-  
cipulis in cariosam cymbam; quam  
dum per ludum impellunt, ecce illa  
Rhodani impetu fertur in vortices.  
Imperiti nauæ tam inopinato exitu  
& tam certo exitio quid agant? Na-  
uis erat examinata, & qui governa-  
re posset, nemo erat. Ergo ad vota  
confugiunt; Sodalesque palam Vir-  
ginem implorant; nec frustra: nauis  
capit stare, & conto, qui vnus omni-  
no erat impulsa ad litus ferri, sed tan-  
to impetu, maximum vt esset pericu-  
lum, ne in scopulos impingeret: ad  
quos cum recta Rhodanus ageret,  
ingemiscens iterum pueris cum  
effusa ad tam miserum spectaculum  
multitudine ad sacram anchorã pre-  
cum denuo confugiunt omnes. Atq;

vt clarius esset Virginis patrocinium, Parentes puerorum, qui nuncio de morte filiorum accepto aduolarant, cum nautis paciscuntur de ferendo subsidio: sed illi sanctissimè iurant, nulla remorum vi eò tempore posse perueniri. Cum igitur in scopulostoto impetu ferretur nauigium, repente nudato ad enatandum Sodali funis piscatorius apparuit, quo arrepto illud sustinuit, sensimque regente fune deduxit ad litus incolome.

XVI. Magnam virtutem esse MARIS STELLÆ in vndas & quæ dicta sunt, docuerunt; & duo quæ super sunt manifestius patefacient. Lilmæ adolescens dolo cuiusdam ad litus pertractus, ibique pugione transfossus in aquas deiectus est. raptabatur penè exanime corpus vndarum vi, cum ecce Indi quidam in aquas sese conijciunt, hominem extrahunt, iam animam efflantem, deferuntque in Xenodochium, vbi Pater illius confessionem excepit, ac dum sacramento oleo perungitur, vitam Deo reddidit.

CIO.  
106V.

didit. Accepti vulneris magnitudo, & aquæ epotæ multitudo Medicos fateri coëgit supra naturæ vires adolescentem in vita seruatum fuisse. Ipse etiam Patris, qui tum alio vocatus ibat, commodus adeo aduentus ad expiandum moriturum, opem maiorem indicat. Iuuenis verò ipse totum hoc beneficium Sodalitati adscripsit, cui alibi nomen dederat & hic quoque ea ipsa hebdomade, vt adscriberetur, tractauerat. Ita Sodalitij cura magnorum bonorum sæpe causa fuit.

XVII. Vltimum hoc est de submersionis periculo, nescio an non manifestissimum Mariani beneficij testimonium. Compluti adolescens fuit pijs exercitationibus Parthenianorum Sodalium proprijs maximè addictus. Hic patriam suam, quæ mari proxima est, cum adijisset, & fortè litus animi gratiâ lustraret cum amicis, incessit eum cupido se abluendi, atque id ipsum vt alij facerent, enixè suavit. Recusarunt ipsi prætenso pe-

*Eod. m.*

riculo. Vnus ille pro natandi peritia nihil veritus salo se dedit, cum repente vento crebrescente & oborta tempestate, quantumuis renitens in altum abripitur; & diuturna cum mari aduerso lucta fatigatus, omnem sibi ad litus, atque adeò ad vitam euadendi interclusam viam planè cognouit. Verùm in eo discrimine Patronam Virginem suppliciter iuxta ac fidenter precari non omisit, vt suo Sodali præsentem atque opportunam opem afferre velit. Neque irrita spe: etenim alia omnia suspicaturus pede terram offendit, cui innixus caput exerit, paululum respirat; ac denuo Virginis præsidium, sub cuius patrocínio degit, in tanta rerum desperatione, impensius efflagitat. Interim amici, quoniam ipsorum conspectum fugerat iam diu, quem oculis minimè poterant, miseratione & lacrymis prosequiebantur, actum de illo rati. Dum igitur ademptum sibi Sodalem lugent, aduentantem vident puerum

cum

cum funibus in fasciculum colligatis, quos magna animi significatione eis obtulit, ut Sodales ad litus extraherent. At illi: *Nihil, inquit, mi puer, funibus his opus est; iam mare ipsum Cadaver huc eiciet. Imo, inquit, iam opus erit.* simul vident inopinato fluctu ad se deferri, quem extinctum crediderant. Nam iuuenis prece ad Virginem facta, ut dictum, semisopitus leuiter se supra fluctum deiici, quasi supra mollem lectum, animaduertit; eoque sensim ac placide deuehi, quousque litori proximus funium ab amicis stupore simul atque gratulatione plenis projectorū ictu excitatus, prehensus illis sospes ad oram euasit. Cæterū ex maris verberatione diu corpori liuor ac vibices perdurarunt, periculi pariter ac beneficij monumenta. Ad puerum verò cū conuerterent oculos, in summa planitie illum disparuisse vident, ex quo haud dubiè plusquam humanum aliquid fuisse argumentati sunt. Huc etiā referri poterat illud, quod

supra recenseri de iuvene ab vndis erepto, qui Virginem obsequio debito coluerat, altero illo submerso, qui legibus teneri se negauerat.

*Ab hosti-  
um la-  
trorumque  
petitio-  
nibus e-  
ripuntur.*

CIO. IO

LXXXV.

XVIII. Nullum mare tam iratum ac efferum est, atque homo homini est. Sed horum quoque infidias atque impetus Deipara fregit, vt Sodales multis experimētis didicerunt, Catazorij vir honestus & clarus acerbato incitatus odio in vnum è Sodalibus, loci solitudinem nactus, dum ferrum in eum distringit, Iuvenes repente duo ad ipsum rectā tendere visi sunt: quibus ille velut indicibus sceleris sui futuris absterritus, maleque iisdem precatus, re infecta discessit. Et iuvenes illi statim ex oculis abiisse dicuntur.

CIO. IO

LXXXVI.

XIX. E Sodalibus Auenionensibus primam hostiam litaturus quidam in patriam abiit. Iam sacra erat amictus veste; iam aliqui eum in templo præstolabantur, cum magno impetu conatuque irruunt hæretici, qui ad hoc se comparauerant, omnibusque

que



que digressis formidine, Sacerdotem circumstant. Rosarium, quod rumore excitus in manus sumpserat, vi auellunt, atque in ignem abijciunt. Tum quærunt, cui se dederet? *Ego me iam pridem, inquit, Christo IESU eiusque Sanctissima Matri dedi.* Quæ cū dixisset magno animo, ita uti erat sacra veste indutus, mirificè ex eorum manibus elapsus, abdidit se quendam in locum, vbi per decem horarum, spacium delituit, cum ab omnibus quæreretur, à nullo reperiri potuit, quasi offusis tenebris oculi eorum cæci forent. Postridie quietus sacrificauit; & ut ad lætitiã nihil deesset, Rosarium in igne integrum reperi- tum est.

XX. Ex eodem Sodalitio latro-

*Eodem.*

num quidam sicus euasit, cùm enim rei ignarus in idem se hospitium nocte incumbente recepisset, quod latrones tenebant: vbi infidos contubernales cognouit, præsidium B. Virginis poposcit, precibus minimè irritis. Cum enim post in patulum cu-

Z 5

bile

bile aliquoties irrumperere grassatores  
tentarent, aditum reperire nunquam  
potuerunt.

CIX. XXI. Bilbili è solenni conuentu

Sodalium vnus postquam sacris e-  
pulis accubuerat, euocatur. quem  
mox imparatum, tres hostes instru-  
ctissimi ad iniuriam, quam falsò ab  
eo se accepisse opinabantur, vlcif-  
cendam aggrediuntur, eumque pun-  
ctim magno impetu appetunt. Ille  
inexpectatis insidijs circumuentus,  
Diuæ Virginis auxiliarem opem im-  
plorat. Gerebat autem tum fortè in  
pectore venerandam eiusdem Diuæ  
Patronæ imaginem; quæ saluti fuit.  
Nam ferientis gladius in eam impa-  
ctus, quasi iunceus, se inflexit, dam-  
numque auertit. Discant amuletum  
quærere, qui cuius ferro sese impe-  
netrabiles nefarijs modis facere stu-  
dent. MARIAM an Diabolum sospi-  
torem habere velint, hinc delibe-  
rent.

CIX. XXII. Quod auxilium in Nea-  
politano itidem enituit. qui domo  
egres-

*Amule-  
tum pro  
vulneri-  
bus.*

egressus atque ab hostibus occupa-  
tus cum aliquot scloporum ictibus  
peteretur, incolumis fuit, veste tan-  
tum leuiter ambusta. cuteque leniter  
perstricta. Ibidem alius inter dormi-  
endum pugione petitus diuinitus pe-  
riculum euitauit.

*Eodem.*

XXIII. Ex Ser: Archiducum

CIO.

Græcensium Ephebis honorarijs So-  
dalis quidam in castra profectus ge-  
mina sagitta vulneratus est sine peri-  
culo. Iam illi tertia mortem minaba-  
tur veneno tincta, cum in libellum  
precatorium D. Virginis laudes com-  
plexum, quem tum secum gerebat,  
impacta, irrito conatu excidit.

IOCIH.

XXIV. Neapoli alius infestissi-

CIO. IO

ma armatorum iuuenū corona cir-  
cundatus, dum in summa effugij de-  
speratione B. Virgini se commendat  
ab ignoto quopiam manu prehen-  
sus, in ædes suas, quæ proximè abe-  
rant, introducitur. metumque depo-  
nere iubetur. Et vt sciret quisnam  
ille seruator fuisset, ex oculis subito  
disparuit; ne posset ambigere cali-

XCIX.

tém fuisse à Virgine ad ipsum seruandum allegatum.

CIC. 13

LXXXVI.

XXV. Eandem opem Perusinus quidam Iureconsultus vita famaue insignis expertus. Dederat is amico pecunias mutuas : easque cum non redderentur clementer subinde repetebat à surdo debitore , siue alijs implicato debitis , siue parato non reddere *præsertim ut nunc sunt mores : adeo res redit : si quid redditur, magna habenda est gratia*, ait ille. Interea præclarus ille debitor vt se à molesto interpellatore liberaret, constituit hominem è medio tollere. Captato itaque tempore occasioneque oblata nihil minus cogitantem in suis met ædibus aggreditur sicaque septies perfossum sicuti iam mortuum relinquit. Sed optimum Sodalium manus Virginis sic defendit , vt ictus omnes innoxij fuerint ; vnus leuiusculum vulnus fecerit ; quod , vt viri virtutem scias , à vulnerario noluit, sed à seruo curari , ne factum cuiquam cum sicarij damno innotesceret.

XXVI,

XXVI. Diuinionenses duo So- cap. 12  
 dales diuersis temporibus à grassato- xc.  
 ribus capti ereptiq; Virginis Deipa-  
 rentis ope, in hunc modum. Vnus  
 iter faciens, cum in eos incidisset, se-  
 mel iterumque sclopo disploso per-  
 cussus non est: ipse interea accelerans  
 fugam, notum implorat patronæ au-  
 xilium. Iam spatio vno euaserat, cum  
 alter atrox iræ, citato equo in pedi-  
 tem fertur, mucrone districto: iam  
 iamq; proximus reducto gladio ca-  
 put petebat, cum loco & tempori  
 Virgo adfuit clienti. Prolapsus re-  
 pente equus sic equitem suo onere  
 impedijt, vt se diu expedire non pos-  
 set; interea alter salutem pedibus in-  
 uenit. Captus alius ab hostibus, ra-  
 piebatur in eorum comitatu tanquã  
 ad cædem. Trahitur prima vespera in  
 vicinum pagum: dum ij cœnant lu-  
 dnatque militari lasciuiã, inuersum  
 ipse dolium subire cogitur, quod la-  
 pide congesto onerant, circumdant-  
 que semiusta palea rimis hiantibus  
 explendis; vt fumo ferè suffocaretur

inclusus : additur post coenam im-  
portuna saltatio ; immittitur certa-  
tim cuspis gladiatorum , petuntur pe-  
des, quos ipse alternis attollens ab in-  
ctu defendebat : vnicum viro solati-  
um erat, Deiparæ coronam pertexe-  
re. Illud lepidum memoratu est,  
quod salute desperata illam formu-  
lam identidem repetebat , quam in  
concione didicerat: *Domine, si vis, po-  
tes me mundare*. Hanc ille aptam exi-  
stinabat orationem , & necessitati  
congruentem; credo quia metus pro-  
pè sensum ademerat. Nō vocem, sed  
voluntatem Deus audiit. Vbi diluxit  
eo inspectante contusi verberibus,  
qui simul fuerant comprehensi, vin-  
culorum socij & comites viæ: eximi-  
us ipse habitus ac sine alio ludibrio  
precioŭe libertati redditus est. Non  
debut videlicet Deiparæ seruus diu-  
tius improbis seruire. Voto Congre-  
gationis Duacensis latronum insidi-  
as quidam euitavit.

CIO. DC  
VI.

CIO. DC  
VII.

XXVII, Globo quidam Tiro  
Sodalitij traiectus Vilnæ iuxta umbri-  
licum,

licum, à Medicis desperatus, in Sodalitatem, priusquam è vita migraret, adlectus est. Quæ res ei sanitatem postea peperit.

XXVIII. Baro Transiluanus à militibus hostis sui capitalis captus & ductus, Sodalitatis capessendæ voto, exemptus est periculo.

XXIX. Retuli supra de Complutensi adolescente, qua ratione submerfionis periculo exemptus sit; referam de eodè hic aliud, ex quo cognoscere licebit B. Virginem & in negligentia punienda non omnino cõnuere, & clementiæ tamen suæ non obliuisci. Nam cum de suo erga Diuam studio remisisset, nec tam frequens iam esset in sacris mysterijs frequentandis, alia que pietatis officia, que pro more Sodalitatum tractarat, segnius exequeretur; euenit, ut cum amico quodam suo publicam oppidi viam perlustraret. Ibat periculi securus, cum vnus aliquis quasi iniuriam vindicaturus, quam ab hoc nullam acceperat, sica repente stri-

CIO.

IOCXI.

n. 17.

da

*Partes aliquas  
virtutis  
retinere  
prodest.*

Et a ipsum adoritur, toto corporis impetu vulnus infligit, & hominem humi affligit. Nemo dubitavit ictum fuisse lethiferum: domum igitur deportatum sacris omnibus, ut moriturum, procurant. Sub hæc dum chirurgus accitur, afferri sibi libellum iubet, quo Virginis officium continetur. Illud quippe singulis diebus persolvere non omiserat, tametsi pijs alijs exercitationibus superfederat. Ridebant alij, quod moribundus de officio recitando cogitaret: instabat tamen nihilo remissius, id muneris eo die nõdum se perfecisse dictitans; nolle ea in negligentia morte præocupari. Adest interea chirurgus, vulnus detegit, inspicit; periculosum esse negat. Etenim mucro magno impetu actus, utpote ab homine, qui robore ac viribus valebat plurimum, ut attigit cranium, retortus vncini in modum, atque inde dilapsus cute ac carne dirupta, caput magna ex parte fauciauerat, leuiter tamen; neque enim vltius quicquam penetravit.

Id



Id verò humanitus fieri non potuisse testatus est chirurgus. Quid plura? Eiusdem iussu, proximo die iuuenis è lecto surrexit: didicitque in Marianis officijs desidiã semper noxiam: eorum verò curam salutarem esse.

XXX. Ita in alio pœna simul ac clementia Virginis eluxit. Vilnæ Dominica Quinquagesimæ Pater in cohortatione Sodales monuerat, vt inlanis Bacchi ferijs, omnes se domi continerent; & quasi diuinans adiecerat, futurum forsitan, vt qui domi manere noctu nollet, ante cineralia ad cineres abiret. Non audiit vnus cœnatum alio egressus: in reditu, globo lethali propè cor traiectus est. Hæc non magni delicti pœna fuit: Vide pariter clementiam. Quis vel ad vnum momentum posse viuere credidisset, sic vulneratum? Vixit tamen, dum accersito Sacerdoti bis animi labes exponeret, sacroque Viatico muniretur. Quo accepto, animam statim agere cœpit. Mortuus est autem ipsa nocte Feriam quartam Cinerum

*Cur boni  
ob leues  
noxas  
punian-  
tur.*

nerum præcedente, vt non vanum colligas fuisse præfagium, salubris admonitionis negligentem ad Quadragesimam fortassis vitam nõ producturum. Enimuerò subit hic admirari, cur sæpius eos, qui cæteroquin integram vitam degunt, vbi ab officij linea vel leuiter egrediuntur, velox à tergo vindicta consequatur, vti in duobus quos nunc recensui, videre licet. Ac cogitanti illud occurrit, Deum Deiparamque, Parentum more, leues quoque noxas filiorum non sinere impunitas, ne incogitans animus ijs insuescat; sed pœna admonitus citò ad officium parentumque in gratiam redeat: seruorum aut desperatorum delicta sero, sed grauissimè vindicant, vt in beneficijs merito referendum sit, pœnis ad coelum reuocari.

CIO. IO  
XCIV.

XXXI. Adolescens nobilissimus alterum adolescentem Taurini in pietate tuendum suscepit, quem alij ad corruptelam ad se pertrahere nitebantur. Cum itaque viam sibi ad hunc

hunc obseptam viderent, vi facere  
 aggrediuntur, circumstant patro-  
 num illum viginti iuvenes gladijs  
 strictis; punctim cæsimq; petunt ho-  
 minem sola virtute & B. Virginis sub-  
 sidio tectam, nullum tamen ad viuã  
 cutem vulnus penetrauit; vestibus  
 benè discissis ipse incolumis euasit;  
 Et Patronæ suæ & sui patrocinijs be-  
 neficio defensus.

XXXII. Alia quoque pericula à  
 Sodalium ceruice depulsa sunt. Nam  
 Neapoli Cōceptæ Virginis alumnus,  
 dum per alienum rus iter facit, repē-  
 tē inermem oblatrantium canum  
 cohors inuadit: affligunt solo mise-  
 rum, ac primò vestes in frustra conci-  
 dere, deinde etiam manū hianti ore  
 concerperere, perq; illam tractum, vsq;  
 ad sepem spinis ac dumis asperam, a-  
 cerbè vexare. Sed Conceptæ Virginis  
 nomen inuocanti, Numen præsto  
 fuit. Nam mox vbi tempestas illa de-  
 ferbuit, non nisi impressorum denti-  
 um characteres ac notas in manu ag-  
 nouit, nulla prorsus vulnerum acer-  
 bitate.

CIO.  
 IDCY.

XXXIII.

XXXIII. Biturigibus à maiori vi Sodalēm suum defendit B. Virgo. Nam cum fulmen magna vi illapsū adolescentem medium corripuisset, loco procul abreptum instarq; turbinis variè circumactum in extremū discrimen adduxerat; cū opportune ille Deiparæ nomen & opem in- clamavit, ac sine alia noxa, præterquam vestium, incolumis euasit. Hęc de periculis euitatis dicta sint: de morbis pauca subiungo.

## CAPVT VIII.

SODALES ÆGRI  
*sanantur.*

I.

An. C13.  
10011.

Compendio atque quasi per se-  
cturam has sanationes recense-  
bo. Vefontione quidam ad luctam  
ultimam iam inunctus, Sodalitatis  
voto sanitati pristinæ restitutus est.

*Eodem.*

Idem in Tarraconensi euenit. In eo-  
dem voto perpetui cuiusdam doloris  
remc-

remedium reperit senator quidam Gratianopolites, & Traiectensis Decanus. Eadem medicina profuit Baroni in Sodalitate Burdigalensi; Medico in Petrochoriensi; Alteri cuidam in Billomensi. Dolæ grauissimos artuum dolores precibus ad D. Virginem emissis quidam pepulit.

CIO.  
 IOCXIX.  
 CIO.  
 IOCIH.  
 CIO.  
 IOCVII.

II. Lugduni ad Sodalitatem receptus est adolescens, qui annis ipsis duodecim hemieranio laborauerat; octiduo vno ab adscriptione elapso capitis illa vexatio sponte desijt.

Eodem.

III. Ingolstadij cuidam ita corpus intumuerat, vt medendi artifices conclamarent. Sed Sodalibus in suo Sacello Virginis opem communibus votis sollicitantibus, tumor illico cepit subsidere; & ille intra paucos dies surgere. Alter aqua inter cute suffusus in ipsa desperatione salutis, salutem inuenit, cum eo ipso tempore incensum Sodalium relatus, oleoque sacro delibutus, postridie sanus, saluusque fuit.

Eodem.

IV. Quidam ex Sodalitate Iurisperi-

CIO. IOC  
 IV.

peritorum Dolana ardentissima fe-  
bri iactatus, cum aliquot dies iacui-  
set, festoque die horas recensendo  
eam in animo designasset, qua in Sa-  
cellum cōueniunt Sodales, sic mor-  
bum fugauit: *Egōne, inquit, cateris  
conuenientibus decumbam, & hic oti-  
abor iners?* surrexit impiger, & (dictu  
mirum) ex tam molesta ægritudine  
alacriter emerfit abiitque illico Dei-  
paræ in sociorum conspectu gratu-  
laturus.

CIO. 10  
LXXXVI

V. Non dissimile fuit, quod Ale-  
tino accidit. Ardebat ille feбри, sed  
maiore cupiditate ad Sodalitatem  
accedendi. Quo si iret, non despera-  
bat de valetudine recuperanda. Iuit  
vrente æstu, & domum incolumis  
reuertit. Certè conuentuum fre-  
quentationem rem optimam esse o-  
portet, quæ tam graues morbos tam  
facile dispellit.

CIO.

10CXII.

VI. Sodalis Antuerpiensis ob-  
structis calculo renibus, colicis do-  
loribus, & feбри periculosa labora-  
bat. Deseruerat eum Medicus contra

tot

tot hostes impares suas vires non vane coniectans. Sed B. Matris ope implorata, triplici malo exemptus triplex beneficium agnouit.

VII. Sodalis Duacensis impedientioris linguæ vitium Patronæ Magnæ beneficio emendauit, vt commodè postideà locutus sit. Huic promptū linguæ vsum: alteri cuidam oculorū integritatem Patrona Sodalium concessit. Hæc ancilla fuit, quæ cū molestalippientis oculi defluxu affligeretur cereos duos Sodalitati Eustadiæ, tum inchoatæ vouit se oblaturā: à voto dolor remisit & lippitudo sequenti statim die absterfa est.

VIII. Quidam Religionis candidatus magna vrinæ sistendæ difficultate exercitus, cū ad sacram familiam parum ob id idoneum se fore arbitraretur, Sodalitio calicem aureum deuouet: & Virgini Salutationes quinque genu flexo quotidie peragendas. Sensit illico mali remedium; nisi quod ijs diebus, quibus promissæ salutationis fidem aut omittibat,

*Eodem.*

CIO. IXX  
XV.

CIO.  
IXX.

*Fides D.  
Virgini  
seruanda.*

bat, aut negligentius soluebat, ma-  
lum recrudescibat.

*Oculorū  
dolor ab  
actus.  
CID. ID  
XCIII.  
CID. IDCY.*

IX. Neapolialius, D. Virginis  
auxilio dolorem oculorum, grano  
instar ciceris inde eiecto, curavit. Al-  
teri Lugduni vim videndi aut resti-  
tuit aut conseruauit, quam ille acu  
propè expunxerat, medicique peni-  
tus desperarant.

*Nausea  
depulsa.  
Eodem.*

X. Nausea Olyssippone quen-  
dam non procul à morte habebat.  
Obtulit se ægro visendam Virgo cum  
Filio calathum deferente plenum  
pomis: simul puer offerre nausea-  
bundo cælestes delicias; hic præ do-  
nis Puerum Matremq; venerari. vix  
à conspectu se illi abstulerant, cum  
nauseam morbumq; pariter absce-  
fisse sensit. Visa est eadem Virgo po-  
tionem ægro cuidam Neapolitano  
Sodali infundere. de quo & alijs plu-  
ribus alijs.

*Manuale  
Sodal.  
§. 2.*

*Voto offi-  
cij parte  
niani cō-  
ualescit.*

XI. Burdigalæ niueo amictu æ-  
gro euidam Sodali se eadem spectā-  
dam obtulit, morbumque profliga-  
uit; quod ille in summa valetudinis  
despe-



desperatione vouisset, anno integro  
 Æditui Partheniani munere se per-  
 quam diligenter functurum. Voto  
 perpetuæ castitatis ab eadem illâ In-  
 golstadiensis quidam morbi grauis-  
 simi remedium impetrauit.

CIO.  
 IOCIIX.  
 CIO.  
 IOXC.

XII. Ac fuit, cum contra Medi-  
 corum leges opitulari potuit *Salus*

CIO. IO  
 LXXX.

*infirmorum* MARIA. Consultus me-  
 dicus domi conclusit laborantem,  
 vetuitque prodire Adolescentem,  
 Dilingani cœtus alumnum pericu-  
 losè ægrum. Sodalis sollicitus ne le-  
 gem die Dominico sacris interesse,  
 iubentem migraret, statuit manda-  
 tum humanum posthabere diuino,  
 Commendat se Virgini Matri, pro-  
 dit, tendit ad templum; interea loci  
 rumpitur intesti-  
 nus abscessus, hominemque copioso  
 pure ac sanguine eiectato repente sa-  
 num destituit: gratus adolescens  
 porro pergit ad ædem sacrisque assi-  
 dit certiore medicina reperta.

XIII. Omitto innumera, ne  
 prolixus sim: & in vno hoc finio;

Res B.  
 Virgini

Aa quod,

commo-  
data  
magnum  
commo-  
dum.  
CIC.  
IJCX.

quod, ut accepi refero. Leodij Pan-  
nos lineos quatuor conopeo è Sacelli for-  
nice suspendendo Sodalis cuiusdam u-  
xor commodarat. Interim maritus na-  
tus annos octoginta duos in morbū la-  
psus lecto affigitur. Et iā tres ipsos dies  
decubuerat, cum disuto conopeo panni  
referuntur. Vxor lauandos seponit. Po-  
stero die cū nihilo melius haberet ager,  
recordatur illa pannorum in honorem  
Deipara suspensorum; speiq; plena ali-  
quid per eos clementissimam matrē ef-  
ficere posse, unum igni applicatum ca-  
lefacit, calefactum mariti dorso admo-  
uet. Mirum dictu. Vix admouerat &  
is omnem dolorem quasi abstergi in cō-  
tracta corporis parte sensit. Dein alte-  
rum etiam calore imbutum pectori ap-  
ponit; & simul in ea corporis parte do-  
loris omnis sensus discedit. Rogat ma-  
ritus sapito dolore, quid sibi factum sit,  
intellecto, quod erat, surgit; & firmata  
valetudinis beneficium illi acceptum  
fert, cui debuit. Ita nihil adeo exigū  
putari debet, quod non iuuet, si Vir-  
ginis Sospitaticis honori dicatū sit.

CAPYT

CAPVT IX.

BENEFICIA ANI-  
mi accipiunt Sodales.

**Q**Uæ toto hoc opusculo narrata sunt, huc tendunt, vt cognoscas, quanto animorum bono Sodalitates institutæ sint & frequentatæ. Placet tamen idem alijs exemplis breuiter confirmare.

I. Dilingani annales referunt beneficio Sodalitatis in quam olim quidam conscriptus fuerat periculis ereptum, ad frugem reductum fuisse. Sic enim scribunt: Vir annorum quadraginta natus in aleam proiectus & vinum, nocte quadam sopore excusso videbat oculis obijci suis Virginem honestissima forma inter duos verendo grauique ore viros adstantem. Hos grauia eius crimina singulatim recensere, acriter obiurgare, mortis genus horrificum eminari, nisi

Aa 2

nisi

II.  
lij Pan-  
celli for-  
dam v-  
itus na-  
orbula-  
psos dies  
eo panni  
onit. Po-  
ret ager,  
honorem  
lena ali-  
natrē ef-  
atum ca-  
so admo-  
nerat &  
ergi in cō-  
Dein alte-  
etori ap-  
parte do-  
ogant ma-  
actum sit  
& firmata  
ceptum  
ed exigū  
iet, si Vir-  
icatu sit.  
CAPVT

*Prodest  
Sodalem  
fuisse.*

nisi ad frugem redeat. Externatum attonitumque metu ac minis hominem Virgo tamen iubet spem concipere & mala perpetrata poenitendo corrigere: si placeret consilium, eam se ope non defuturam, quippe memorem adhuc eorum, quæ puer olim bene laudabiliterque egisset, (Sodalis hic in primis pueritæ annis erat) ad hæc ille in memoriam amo i. erga Matrem Dei regressus (erat enim haud vulgaris in illa ætate Deiparcultor) mox copiosis infusus lachrymis aditum ad Sacerdotem è Societate IESV accelerare, soli visa expositurus. Huiusce suasu vitæ vniuersæ commissa cum dolore commemorat, improborum vitæ consortia, rationemque rectius posthac viuendi in libello conscriptam à Patre accipit. Est tanti vel semel cultui Virginis ad dictum fuisse.

*Terroribus nocturnis liberantur.*

II. Quendam Malacæ nocturni dudum terrores, & plurimus in cubiculum lapis intempesta nocte immissus; trepidum & exanimatum reddi-

de-

derant: Sed in Sodalitium cooptatus laruas videre, tumultusque audire desijt. Flexitæ Sodalis nocte concubia siti vrgente è lecto se proripuit; sacra- que corolla brachio circumiecta vti nunquam sine ea quasi parmula sua egredi quoquam consueuerat, ad puteum descendit. Sed ecce horrificum spectrum ex aduerso incurrit, atque penè inuolat in oculos; Rosarium brachio inuolutum tradi sibi imperiosè postulat; ni faxit, asperrima- queque minitatur. Negat ille se da- turum; laruaque vim afferenti forti- ter obluçtatur. Inter quam pugnam iam quadraginta pedes à puteo ab- stractus erat. Qua vt se violentia ex- imeret, Angeli Salutationem exor- sus est; cuius enuuciandæ, vt fecit i- nitium, velut Africo discussa nube- cula, minax antea spectrum momen- to euauit.

III. Hic ab externa Dæmonum- vi Virginis virtute exemptus est; ali- um Viennæ in Gallijs stygijs iam ferè mancipatum eadem patrona in li-

CI. 10

CIV.

CI. 10

CXII.

ADAM-

NUM CON-

FORIO AB-

DUCTUR.

AN. CI.

Aa 2

ber-

10CKA.

bertatem vindicauit; ut eius Sodalitij historia prodit. Fuit hic alia in urbe Societatis Scholis addictus, puer ingenij bonitate, morumque integritate Magistro suo amabilis. Qui sensim exitiali profligatorum Sodalium contagione deprauatus, in peiora lapsus eodem tandem deuenit, ut pestiferis magicis illecebris captus & irretitus pessimam cum Demonibus malis familiaritatem contraxerit. Tum ergo quicquid dirarum eludendis oculis, fascinandis auribus, domibus effringendis, iniurijs vindicandis, cupiditatibus potiundis, alijs nequitijs exercendis inserviebat, id omne è fecunda inferorum cloaca hauriebat, & singulari dono phialam acceperat stygia plenam aqua, & hydris quibusdam infandisque monstris in exitium mortalium inuentis (ut Demon affirmabat) refertam. Duos in illa disciplina annos iam exegerat miser, cum Doctor preclarus impense opera mercedem, ac velut didactronem exigit, cultum sui, Christi curatio-  
nem. Sed vivebant in Iuuenis animo  
etiam.

etiamnum Christiane rationis & pietatis antiqua semina: unde & ad horrendi pacti mentionem attonitus haesit, reique tanta pensitanda diem perendinum petijt. Spectris interim, minis, pollicitationibus diu noctuque urgetur; à quibus se expediendi hoc demum reperit consilium. Lugdunum contendit, ubi Magistrum quondam suum, cui charum se fuisse meminerat, versari inaudit, eiusque arbitrio potestatiq; se totum committere statuit. In via, ne id faceret, variè oppugnatus memoratur. Demum sciscitari ausus adolescens, cur sibi tanto tempore Dei presidio ac favore destituito percerint, nec mortem, quam modo tam ferociter minarentur, intulerint: cui illi, nec promptam sibi voluntatem, nec consatū defuisse responderunt, sed prohibitos inuictis magni DEI imperijs, Regineq; illius, cuius olim puer clientele se commisisset, auctoritate coercitos. Obstupuit oppido iuuenis admirabilem Clementissimae Virginis in se charitatem, enim a complexu presidioque nec dum

Vide eius  
fias.

se depulsum audiebat, cum ipse tamen ab illius castris transfuga, Sodalitij legibus contemptis & MARIAM Matrem & virtutem omnem ab animo suo pepulisset. Quid multis? Magistrū Viennæ reperit; rem omnem aperit; munera acherontica tradit, ad virtutem & conscientiae tranquillitatem redit. Quo in facto id omnes notent velim, quam infidum sit Dæmonis commercium. quovis momento perniciem struit, & ni Magni & Boni DEI virtus cohiberet, etiam inferret. Ut merito omnes ab eo quamprimū se auellere debeant, cum infensi sibi tum Dei opem certam expectare non possint, cum ipsi ab illo tam improbè profugerint.

*A flagi-  
zio pa-  
trido ab-  
sterren-  
tur.  
Eodem.*

IV. Sodalem alium Angelopoli in Mexico in peius ruentem, dum urbem cum socijs obambulat, graueq; animo scelus versat, vir grandævus vultu graui ac subirato adoritur, & percussio fortiter pectore: *Tunc, inquit, qui B. Virginis Sodalitio nomen dederis hac mente concipere, hac ani-*



mo audeas tractare facinora? Ad quæ  
 cum subito linquente animo corru-  
 isset Iuuenis, accurrunt comites, &  
 percussore nullo conspecto territi ad  
 Sacerdotem adducunt. Ibi expiatus  
 agnouit Tutelaris beneficium fuisse,  
 impune cogitationem flagitij non  
 abiuisse.

V. Magnus quondam Virginis  
 cultor vniceque deditus, in turpe  
 prolapsus crimen, homines seque ut  
 fugeret, in exilium abiit. Nox homi-  
 nem in silua oppressit; simul patrati  
 mali conscientia, dolor, lacrymæ, de-  
 speratio miserum corripuere. Ut sce-  
 lus expiaret, in flumen proximum se  
 dare mortemque tanti doloris reme-  
 dium arcessere constituit. B. tamen  
 Virginem prius uti sibi clemens pro-  
 pitia sit, inuocat. Vix ediderat voces  
 vltimas, cum matronam videt insigni-  
 nis pulchritudinis, quæ ad eum con-  
 uersa: *Bonum animum sume*, inquit,  
*audacter me sequere*. Hæc effata flu-  
 men ingreditur. Quod ille cum facit  
 parens dicto, miratur quasi marmor

*In spem  
 erigun-  
 tur.  
 CIO.  
 IOXC.*

substratum pedibus, & hinc atque il-  
line liquidas discessisse vndas. ita in-  
aduersam ripam incolumis euasit.  
Tum confirmatus Brigantiam redire,  
vnde abierat, iubetur. mox puro sese  
insinuans cælo clarissima luce Virgo  
pulcherrimam faciem abscondit, Il-  
le meliora remedia malis suis apud  
Patres Societatis inuenit.

*Ad reli-  
gionem  
animan-  
tur.*

CIO. IO  
XCIII.

CIO. IO  
CXI.

VI. Rhutenensis Sodalis sacram  
militiam meditabatur; huic vigili at-  
que precanti se Religiosorum patro-  
na mira in luce blandissimè obtulit,  
animosque ad cæpta absoluenda ad-  
didit. Sodalem alium Mexicanum  
vndequaq; improbum certo prodi-  
gio ad Religionem vocauit, frigide  
petenti statim aditum patefecit, hæ-  
renti clarum signum impetrauit. Nā  
Crucifixi imago, ante quam & quo-  
tidie septies orationem Dominicam  
& Angeli salutationem dicere con-  
sueuerat, hoc solo bonus, & tum ef-  
fictim precabatur, à pariete ter seip-  
sam dimouit: quo viso abruptit se à  
vitâ priore, & omnem occasionem  
præcidit.

VII.

BENEF. ANIMI ACCP. 563

VII. Magnum castitatis siue tu- *lib. 2. c. 2.*  
enda siue consequenda præsidium *n. 6.*  
in constanti ad D. Virginem oratio-  
ne positum esse supra docui. Id duo-  
bus sequentibus exemplis confirmo.  
quorum prius iisdem verbis reddo,  
quibus perscriptum est. *Iuuenis qui- CIO.*  
*dam anno etatis quinto in quoddam, IOCI.*  
*flagitium prolapsus ad annum usque*  
*vita decimum octauum in eo fœdum,*  
*in modum demersus iacuerat. Interea*  
*loci, forma, ingenium, morum amœni-*  
*tas cunctis non amabilem modo, sed*  
*admirabilem quoque reddebat, ut di-*  
*gnus etiam inter Sodales cooptari vi-*  
*deretur. Ignotum nimirum erat quæ*  
*animi deformitas sub extraria illa ve-*  
*nustate lateret. quæ tamen fœditas ita*  
*sepe hoc anno prodidit, ut summam E-*  
*mendationis desperationem ostende-*  
*ret. Hic pater quidam Societatis ado-*  
*riri adolescentem, emendanda vita &*  
*à peccandi illecebris rationes ac vias*  
*monstrare, medicamenta item sanan-*  
*do morbo salutaria præscribere. Ille*  
*contra negare hæc sibi profutura, quod*

Aa 6

hu-

huiusmodi remedia omnia mali, quo laborabat, vis & Improbilas eluderet: Rogare proinde, ut precibus suis alia illis valentiora sibi à DEO impetraret. Spondet Sacerdos facturum, simulque hortatur adolescentem, ut quod a se peteret id etiam à Matre Misericordiae votis quotidianis contenderet. Obsequitur hortatori, & ad diem quo eandem Matrem filius calo inuectam honore summo cumulauit, de peccatis iterum confessus indicat confessario, sibi iam vitæ melioris spem non dubiam affulgere. Ex quo enim, inquit, venerari Diuam Virginem, & ab ea vitis meis flagitare studui medicinam, animaduerti homines peruersos, quorum usu consuetudineque gaudebam, à me alienari, meq; ire desertum. Et nunc quidem ita liber sum & expeditus ab omnibus ut exsequi iussa tua facile queam: nec aliunde scio bonum hoc mihi tantum, quã à pronisu DEI manasse. Tu igitur impera mihi quod uoles, & me finge, ut uoles: nullum faxo in me obsequium nullum officium desideres.

*Mali fugiunt B. Virginis sectatores*

deres. Atque hinc duo mihi confide-  
 ra, lector. primum nullum adeo men-  
 tibus inolitum hærere flagitiũ, quod  
 B. MARIÆ Virginis patrociniõ dili-  
 genter quæsito, non eluatur: vt pro-  
 inde quicumque prauis cupidinibus  
 nocenter aduruntur, ad hanc Aquam  
 salutis frequẽter debeant accurrere.  
 Alterum est, malos socios pati non  
 posse, vt cum bonis consortium ine-  
 atur: & eum quem D. Virgini famili-  
 ærem vident execrantur, certi se ex-  
 cludi abs te, si bonis te aggregates: vt  
 vel hinc possis eos cognoscere malos  
 esse, si nolent te bonis adiungi.

VIII. Posterius de tuenda casti-  
 tate valere preces ad Virginem fusas  
 testatur. Mamertinus à vesana muli-  
 ere improbè sollicitatus obnixè Re-  
 ginæ Virginum opem in hoc pericu-  
 lo implorauit. Nec defuit clienti vo-  
 cata Virgo, quippe, ne vllõ sensu eius  
 animus emolliretur, repente illi visa  
 mulier horrenda specie in spectrum  
 commutata, horrido terribiliq; to-  
 tius oris habitu, conuerso in angues

*Castitatẽ  
 seruant.*

CIO. 10

XCVI.

*Forma  
 impudici-  
 ca femi-  
 na.*

crine, quid multis? Furiarum quarta soror visa est. Quo spectaculo Veneri omnes motus quievere, castitatisque amor altius animo impressus est. Quo hic feminam cultu formaque conspexit; tali mulieres omnes, Circeum genus, prædicias, si quæ castitati insidias moliantur, Virgo tota pulchra ostendere voluit.

*In dubijs  
consiliū  
inueni-  
unt.*

CIO. 10  
XCIX.

IX. Auenionensis in re dubia, quæ eius plurimum intererat, dum Rosarium in æde sacra attentè percurrit, propè finem obdormiuerat, cum Virginem forma eximia & blando aduersum se ore adstantem conspicatur. Expergefactus visi vehementia, precationem absoluit, & spe plenus repetit domum. Ecce iterum nocturno in somno sese videntem B. Virgo offert, certumque hominem nominat, à quo quid facto opus sit, ediscat. vix illuxerat, cum ille ipse, quem pia patrona edixerat, proforibus adfuit, eiusque præsentipatrocinio è certa præsentique ignominia ereptus est.

X. Bi.

X. Biturigibus Sodalitatis alumnus alius ad res philosophicas percipiendas Bœotica quadam stupiditate suffusus, & plumbeo velut ingenio, cum penitus hebesceret, votis Virgini Matri nuncupatis, huic duritiæ mentis amoliendæ tantum postea perspicacitatis nactus est, affuso ipsi Virginis operâ clarissimo lumine, ut de Philosophicis ænigmatis abstrusissima quæque liquidò peruideret. Quo de beneficio alia inuenies in Manuali Sodalitatis.

c. 1. p. 1.  
§. 2.

XI. Ad extremum huc referri potest ea gratia, quæ Sodalitatibus à summis Pontificibus è Thesauro Ecclesiæ, abundè conceditur, qua peccatis in crimina statutis eximuntur, atque Indulgentia dicitur. Quanta autem quamque patens ea sit, in libellis Sodalitatum atque Legibus videre cuiuis licebit. Quanto verò in precio habenda sit, intelligent omnes, qui acerrimas post mortem pœnas luendas superesse nouerunt illis, qui dum vita manebat, non satis eas expiarunt.

Indulgē-  
tia illis  
concessa.  
Gregor.  
XIII. in  
Bulla E-  
reditionis.

XII. Cir-

XII. Circa has verò Indulgentias dubia quædam enucleanda sunt, quæ quorundam Sodalium subinde animos sollicitant. Sed vt resolutio pondus habeat maius, non nostris verbis respondebimus: sed prout libro primo polliciti sumus, literas Romanæ primariæ ad Lugdunenses Sodales datas inferemus, sicut eas ipsi si Romani ad nos perscripserunt. Sic se habent:

ROMANA PRIMA  
PRIMARIA. B. M. VIR-  
GINIS ANNUNCIATÆ  
CONGREGATIO.

*Per illust. Congreg. Lug-  
dunen. B. Mariæ Virginis Assum-  
ptæ Salutem, & gratiam Dei-  
paræ Virginis.*

**P**Rincipium vestrarum literarum in quo nos certiores facitis de felici progressu vestræ Sodalitatis non est cur scribamus nobis voluptatem  
attu-



attulisse ; quod etiam nobis tacenti-  
bus vos non latere existimamus.  
Quid enim tam fraternæ pietati con-  
gruit, quam vt fratres inter se res se-  
cundas pariter atque aduersas com-  
municent ? De fratribus loquimur,  
qui in spiritu concordēs cum MARIA  
Matre Domini vnanimiter in oratio-  
ne perseuerant, quorum vnum cor,  
atque anima vna in diuersis corpo-  
ribus meritò dici potest. Nam carna-  
les fratres de diuidenda inter se ter-  
rena hæreditate sollicitos, quorum  
gratiam raram esse quidam non iniu-  
ria conqueritur, nihil moramur.  
Thomas ille nobilis Anglus, quem  
nobis commendastis, & vestri causa  
& suæ virtutis merito nullum à no-  
bis fraternæ charitatis officium fru-  
strà desiderasset, nisi ei visum fuisset  
ad Sodalitatem B. Virginis Assum-  
ptæ, quæ in Domo Professæ Patrum  
Societatis IESV stans diebus conue-  
nire solet & nostræ iam pridem ag-  
gregata fuit, sese conferre, ratus for-  
tasse illâ statui suo magis congruere.  
etc-

etenim nostra Sodalitas licet ab initio cuiusvis ordinis Sodales admitteret, dummodò ceteras qualitates haberent ex institutis, & legibus nostris requisitas, attamē multis ab hinc añis coepit ab ijs tantum frequentari, qui literis operam nauant, quamuis non solum dicentes, sed etiam ex scholis digressi atque adeo Doctoratus (ut vulgo dicitur) gradum assecuti in ea Sodales existant.

Postremò quod de Indulgentijs sententiam nostram exquiritis, nos Bulla Greg. XIII. inspecta rem hanc non esse adeò obscura existimamus. Sunt enim quædam Indulgentiæ, in quibus locus exprimitur quales sunt quæ conceduntur quadragesimali tempore visitantibus Ecclesiam Societatis IESV, vel aliam si in loco ubi Sodales morari contigerit Ecclesia Societatis non adsit, ibique septies orationem Dominicam, & salutationem Angelicam recitantibus: de quibus ambigere non oportet, cum Bulla differtis verbis non de sacello

Soda-

Sodalitio sed de Ecclesia Societatis  
IESV mentionem faciat, quamuis sub  
hoc nomine etiam Sacellum, seu  
Oratorium Sodalitatis cum Ecclesijs  
eiusdem Societatis cohæreat intelli-  
gi posse non ignoremus: Sed tamen  
prior interpretatio apud nos consue-  
tudine præualuit. Quædã verò sunt,  
in quibus nullus locus adijcitur, cu-  
iusmodi sunt, quæ conceduntur pro  
infirmis, vel defunctis orantibus, &  
missæ sacrificium diebus feriatis audi-  
entibus, ad quas obtinendas nõ cre-  
dimus necesse habere Sodales ad Sa-  
cellum Congreg. conuenire ibique  
preces effundere quia indulgentiarũ  
concessio cū sit fauorabilis, nõ debet  
restringi, sed latè interpretari. Re-  
stringeretur autẽ procul dubiò, si ne-  
cessitas indiceretur Sodalibus pro il-  
lis consequendis ad Sacellum acce-  
dere, cum ad Oratorium Sodalitatis  
non semper pateat accessus, ex verò  
preces plerumque statim pro  
temporis necessitate sint offerendæ.  
Quod verò ad Indulgẽtias Plenarias,  
quæ

quæ conceduntur omnibus in die  
 Añnunciationis, & Sodalibus quin-  
 quies in anno visitantibus Ecclesiam  
 Societatis ibiq; vel alibi Sanctissimũ  
 Eucharistiæ Sacramentũ fumentibus  
 res parũ habet dubitationis, nisi quod  
 nomen Ecclesiæ etiã Sodalitatis Ora-  
 toriũ comprehendere, & ratio, & cõ-  
 suetudo longæua obtinuit. Deniq; vt  
 paucis rem totam absoluamus, sic  
 habetote: exceptis indulgentijs quæ  
 conceduntur Sodalibus in ingressu  
 Sodalitatis (quod nos de ingressu so-  
 lemni accipimus hoc est post com-  
 pletum tempus probationis) nec nõ  
 ijs qui Congregationibus interfunt,  
 tam publicis, quam priuatis diuinis  
 officijs; spiritualibus colloquijs ex-  
 hortationibus, & alijs pijs officijs per  
 Sodalitium (vt verbis Bullæ vtamur)  
 ordinandis quę locales procul dubiõ  
 sunt, & exceptis alijs de quibus supra  
 diximus, ceteras vbiuis locorum So-  
 dalibus esse concessas: Sodalibus, in-  
 quam; nã ad eos, qui se à nostra Sodal-  
 litate segregarunt, non pertinet. Cæ-  
 te-

terum si quis cum diplomate Congregationis in aliam Urbem migraverit in qua Sodalitatis Conuentus non extat, vel in ea ipsa ciuitate manserit, ita tamen impeditus vt Sodalitatis interesse non possit Communionem ei indulgentiarum & bonorum spiritualium non negamus, dummodo pro viribus, quæ ad Sodales spectant exerceat, quod ex Bulla non obscure colligitur, & apud nos seruetur, & ante triennium Rmus. Pater Societatis IESV Generalis Præpositus ad preces Eustadianæ Sodalitatis in Germania à nobis consultus respondit, cuius responsi exemplar a nobis ad nos asseruatur. Hæc habuimus, quæ ad literas vestras nobis iucundissimas rescriberemus. Optamus vos valere, ac nostri in Domino memores esse. Datum Romæ in Oratorio nostræ Congregationis ad Collegium Romanum Societatis IESV Die 25. Augusti 1619.

XIII. Hucusque literæ Romanæ ad Lugdunenses, Dubia verò ab Eustad-

sta-

stadiensibus proposita, & ab admodum R. P. Generalem Societ. IESV pro ea potestate, quam ipsi summi Pontifices concesserunt, vt libro primo capite quarto exposuimus, dissoluta sunt, hæc subiiciunt.

Die prima Iunij Anni 1616. à Prima Primaria Congreg. B. M. Virginis Annunciatae in Collegio Rom. Soc. IESV fuerunt proposita Rmo. P. Mutio Vitellescho eiusdem Soc. Præposito Generali Infra scripta dubia.

I. An illi Sodales, quorum impedimentum legitimum iudicatum fuerit à Congreg. gaudeant omnibus Gratijs. Indulgentijs, ac Priuilegijs, si præstent opera præscripta in Bulla. Erectionis, quamuis non frequentent, & remaneant in eadem ciuitate, & loco.

II. An Sodales discedentes ex vna Sodalitate bona cum venia, & cū literis patentibus si commigrent ad locum vbi pariter est Sodalitas Romanæ Primariæ foederata, fruantur omnibus Gratijs Indulgentijs ac Priuilegijs.

admo. IESV  
summi  
ro pri-  
disso-  
s. à Pri-  
virginis  
n. Soc.  
P. Mu-  
Præpo-  
ia,  
impe-  
um fu-  
nnibus  
legijs, si  
Bulla  
equen-  
ciuita-  
es ex v-  
a, & cū  
rent ad  
as Ro-  
antur  
ac Pri-  
uile-

uilegijs si legitime impediti non fre-  
quentent eam Sodalitatem.

III. An Sodales qui bona cum-  
venia, & cum literis patentibus de-  
ueniunt, ad locum vbi est Sodalitas  
Romanæ aggregata gaudeant Indul-  
gentijs Gratijs & Priuilegijs si absque  
legitimo impedimento non frequen-  
tent, an potius eo ipso censeantur  
exclusi à numero Sodalium.

IV. Cuius nam sit statuere quæ  
sint impedimenta legitima non fre-  
quentandi, &c.

*Ad suprascripta Dubia*

*Idem R<sup>m</sup>us. P. Mutius Vitelleschus*

*Præpositus Generalis respondit*

*die 6. Iunii 1616.*

**A**D primum respondit gaudere  
etiam remanentes in eadem ci-  
uitate, & loco.

Ad secundum respondit etiam  
frui commorantes in loco alio vbi  
est Congregatio.

Ad tertium respondit nō gaudere  
Sodales qui absque legitimo impedi-  
mento non frequentant, Ad

Ad quartum. Respondit statuere quæ sint impedimenta legitima, & illa approbare ad illius loci Congregationem pertinere, in quo commoratur Sodalis, de quo agitur iuxta Regulas ac statuta cuiusque Congregationis à superioribus Societatis approbatas.

*Ita est ut dicitur.*

Nicolaus de Almazan,  
Secretarius Societat.

*loc. I. c. 4.*

XIV. Atque hinc videas verè dictum esse à nobis totam potestatem condendarum, interpretandarumque legum penes Societatis IESU Præpositum Generalem consistere; & frustra singularium quarundam Sodalitatum personas nonnullas resistere velle, ne vel reformentur vel exigantur aliqua à Sodalibus; quasi invalida sint idcirco, quia ad ipsorum stomachum constituta non faciunt. Verum hi sicut à Primaria dependere



se confiteri debent, ita ab eadem Congregationum præsidibus pendendi pulcherrimum exemplum condiscunt.

XV. Illud adhuc dubium nonnullis meritò scrupulum mouet, *An illi, qui legibus Sodalitatum non obtemperant, cum earum obseruandarum est opportunitas, nihilominus Gratijs Indulgentiarum fruantur?* quo in dubio illud responderi potest, quando legislator, aut is qui gratiam Indulgentiarum largitur speciatim id exprimit, vt illis non fruantur, qui legum negligentes sunt, sine dubio nihil consequi, tamen si conentur. Ita Confraternitas Rosarij, vt refert Nauarrus, decreto tertio suo negat quidem peccare eos qui statuta negligunt, bonorum tamen participes fieri simul etiam negat. Gregorius quoque XIII. Pontifex Maximus in priore Bulla qua Congregationes institutas confirmauit, noluit Indulgentijs gaudere illos, qui leges aliquas violassent. Verba eius sunt: *Hos vero*

*Miscell.  
25. de O-  
rat.*

Bb

ex

ex confratribus, seu socijs ipsis qui per mensem integrum, hoc est quatuor septimanas, ea non prestiterint, quæ Sodalitas in quarta & tertia Regula prescribit, de Confessione, Communionem, & Orationibus, cessante legitimo impedimento, ab omnibus, & singulis indulgentijs, & gratijs, donec à superiore Sodalitatis, illis hæc noxa condonata fuerit, exclusos esse volumus, atque decernimus. Ex quibus colligere licet, excludi subinde à Communionem gratiarum illos, qui in legum observatione cessatores sunt. Sed nunc ad finem Sodalitatis nostri tendamus. Quod annunc quoque fiat, incertum est & ab illis resolui debet, qui ius interpretandi habent.

## CAPVT X.

**SODALES FELICITER è vita abeunt.**

**H**Uc cursus fuit; hæc meta Sodalibus præfixa, vt cum vitam omnin.

nibus officijs Marianis absolutam, duxerint, eandem feliciter morte absoluant. Pauca ex multis selecta attingam: non ut desiderium benè moriendi apud quenquam excitem, sed benè viuendi. vetus enim dictum est, *Bene eos mori; qui benè vixerint.*

I. Leodij quidam diuturno morbo afflictus, ea nocte, quæ diè supremum antecessit, Dæmones complures equo cubiculum inuectos conspexit, qui tria identidem ei crimina opprobrabant. Verum quòd illa confessione iam dudum expiasset, facile risit inanes calumnias; hostesque magna animi constantia profligauit. Successere candidati miro lumine perfunsi, qui tanta animum morientis voluptate perfuderunt, ut iam æternis delicijs frui videretur. Eorum vnus lecto assidens eodem vesperi circa horam sextam migraturum illum edixit. Accinxit se proinde Sodalis itineri æterno. Celebriores interea preces iterare; B. Virginē potissimum comitem accersere: for-

CIO.  
IOCVI.

mulam illam , quam Sodalitatis ingressu primo nuncuparat, frequentius iterare. Denique hora sexta viuendi finem, vti Angelus monuerat, fecit. Quod de formula repetita memorauit, in mentem reuocat Nobilem Dominum Henricum Vendium Serenissimi Electoris Bauari Consiliarium, qui semihora, quam moreretur, cum in Sodalitate ab omnibus repetitum iri intellexisset, ab alio descriptam, manu ferè mortua subscripsit, & viuere desijt, cum patrona æternū victurus. Eandem formam quidam primo recitans seque Magnæ Virginis mancipio dans, quantas in morte vires cepit? Res in Dilinganis commentarijs sic narratur. Iacobus Timenskhi Bilinensis Bohemus paucos menses in Academia Dilingana posuerat, cum correptus vngarico quæ vocamus, morbo, Sacramentis pœnitentiæ, vñctionisque ad supremum iter instructus est, Sacrosancta Eucharistia quam sumere genus morbi vetabat, coram religiosè adorata,

cum

cum autem pridem inter Sodales referri petijisset eius rei eodem die quo & obiit compos est factus præfente Patre, Præfecto, Secretario, alijs: obseruatum est, eum formula solenni vouendi pronunciata, rationis vsuram habuisse, cum ea prius ac postea fere carnisset. nouus itaque Sodalis magno delibutus cernebatur animi gaudio, quod ora iam morientia suauem in risum resoluta monstrabant. sed & pugnandum fuisse argumenta sunt: nam sinistra parieti obuersus vultum tristiores territoq; similem identidem ostendebat, ad dextram autem conuersus, molestia leuari visus frontem exporrigebat, tumque crucifixum manu prenderet pectori apprimere, exosculari. Est cum ab hoste acrius appetitus crucem velut monstrum illud abacturus in iactum vibraret, inhibitus autem causamque rogatus *lupum*, ait, *cernebam illic, qui tamen iam ad aque lustralis aspersum faceßiuit*. Iamque mortis momentum aderat, cum inuisitata quadam

ratione, cunctisq; qui aderant ad stupentibus cantu elatione ter ingeminat *Sancta Maria ora pro nobis*, quæ verba tam lætâ est fronte profecutus, vt de spe melioris vitæ tum ab illo velut prægustata nemo dubitaret. Et vero lætorem adspectum vultus & ora morientis retinebant, magis etiam quam vel fuerant ante viuentis, ad Patronam itaque suam concessit XIV. Calend. Octobris, vnici Diei pedatu cum morte congressus, veriùs victor quàm victus. En vt Sodales suos fouet illa Beatissima vel diurnos, ne dum diuturnos.

CIC.

SOCI V.

II. De Aniciensi quodam Virginis Assumptæ alumno hæc memorantur. *Vnus artificio sutor, alioqui imperitus tanto cum pietatis sensu moribundus vim mortis perferebat, vt domesticos externosque non semel in admirationem raperet. O quam bonum, in clamabat, ferre iugum Domini ab adolescentia? quàm iucundum relictis seculi sordibus in cruce Domini gloriari? Video B. Stephanum*

num

num stantem à dextris Filij Dei, nimirum vt mihi currenti aut potius cursum consummanti, Brauium æternæ felicitatis prætendat. *Post aliquot dies aduocatis, quos habebat, duobus filijs, maiori natu dixit: Fili mi, imminet mihi, Deo ita iubente dies supremus: vnum à te velim, quod vt facias. enixè postulo & impero: mihi videlicet vt succedas, meumque vt occupes locum in Sodalitio Assumptæ Virginis. Tum ad minorem conuersus: Ni pellem, inquit, moresque immutaris, faciam meis apud Deum precibus, vt ante annum mortem cum vita commutes. Et verè eum propria non fefellit opinio. Nam & ille Sodalitati nomen dedit; & hic miserè dicam an impiè ante nonum mensem extinctus est.*

III. Murciensis apud ignotos diē suum obiit. Inuentus est in supremo morbo interiore cilicio vestitus; auditusq; Reginam Angelorum compellare, multosque nominatim cælitēs, quasi ad se aduentantes salutare.

Bb 4

IV.

CRO. 10

LXXXVI.

CIC.  
10XC.

IV. Pars vna felicitatis mortis est, mori die, quo velis. Rogarat Brugensis quidam miræ virtutis Sodalis Deiparam, ut die aliquo, qui in honorem ipsius festi celebresque sunt, è vita sibi discedere liceret, impetrauit. Nam Purificatæ Virginis ferijs, inter viuos esse desijt, melius æuum agitare cepit.

CIC.  
10CXI.

V. Louanij Sacerdos ac Theologus vir doctus & grauis in morbum, etiam Medicorum iudicio non valde periculosum incidit. Is post paucos dies sororem hora intempestiua ad se vocat, rogatque ut extremo vitæ se communiendum curet. Negabant, qui simul aderant, tum quidem opus esse hac festinatione, præsertim hoc temporis, tam leui periculo. Quibus ille: *Festinate, inquit; nam mors, quam longe abesse creditis, in vicino est. Breuis vsura vitæ superest, horarum vix duarum.* Mirari illi; tergiuersari. At qui, inquit, *Virgo MARIA mihi adstitit; & ut intra horas duas pransus paratus in procinctu essem,*

sem,



sem, admonuit. ad beatitudinem proficiscendum esse. Paruit instanti Soror: Sacerdotem aduocauit: sacris procuratus est; mente integra, magno pietatis sensu, collacrymātibus omnibus, altera hora elapsa viuere desijt.

VI. Non dissimile est, quod P. CIC. IO  
Franciscus Veron refert de Bartho- XCIII.  
lomæo Vergara Sigoniensis Sodali- Manual.  
tij Alumno Chirurghi Regij filio ado- §. I.  
lescente spectatæ virtutis, B. Virgini vnice dedito, cuius effigiem ex ea, quam S. Lucas depinxit expressam, perpetuo suspensam gestabat è collo, vt de eo scribit Tursellinus. *Hic cum in Vigilia D. Michaëlis Archangeli Septemb. mensis canaret cum parentibus quatuorque Sororibus, sibi multum negotij nocte illa imminere & instare prædixit. Nocte proxima media pater Bartholomæi diuini prouidentia Numinis è somno excitatus, ubi insolito more ingemiscentem filiū audiuisset, surgit è lecto & in filij cubiculum, quod suo proximum erat, in-*

Bb 5 gres-

gressus, offendit illum in strato seden-  
dem & in brachia inclinatum, quod  
anhelandi difficultas respirare non si-  
neret, ac pene suffocaret. Percontanti,  
ut haberet; Morior, inquit, nec id af-  
firmo fallaciter; Dei namq; Genitrix  
ita mihi prædixit, sed nequaquam  
sacris non procuratis. Quocirca  
confessioni & Eucharistiæ quampri-  
mum danda opera *Tum pater*; Cras  
fiet illud, fili: in præsentia conquies-  
ce. Minime verò, inquit, cras enim  
nullum mihi iam est. Nox erat in-  
tempesta; aduocatur pater è Societ. Ie-  
su: qui, ut postea narrauit, interioribus  
stimulis, ut mutaretur, agitatus est.  
Dum accedit, Bartholomeum trina  
defectio exanimarat: sed ubi pedem  
in languentis cubiculum P. Caspar Pe-  
drosa intulit, reuixit ager; & que de  
B. Virgine audiuisset, narrauit. Sub-  
iunguntur post hæc de Confessione  
totius vitæ facta, de sacra Eucharis-  
tia percepta, de vltima inunctione;  
de felici post sesqui horam obitu. Sed  
duo præterea memoratu digna refe-  
run-

runtur. *Quin & illud obseruatum est, inquit auctor, quendam ignotum, & in illis Medici Vergara adibus nunquam antea visum, constituendis rebus diligentem operam nauasse, altare composuisse, candelas ac cereos domi accendisse, obstupescensque domesticis, & dolore turbante nihil agentibus omnia valde prudenter ordinasse. Credibile est Tutelarem Angelum fuisse. Additur, eum habitum oris & formam demortui fuisse, vt nemo mortuum crederet, nisi qui immobilem adspexisset. Quid addi felicitatis ad talem mortem potest?*

VII. Nouo domi Nobilis adole- CIX.  
 lescens subita febricula decessit. Hic CIX.  
 ad vltimam luctam instructus, iussit  
 canem nigerrimum scutica abigi, vt  
 B. Virgo, quam aduentare cerne-  
 bat, commodum ad se accessum ha-  
 beret: quam etiam lecto iam adstan-  
 tem manibus iunctis venerabun-  
 dus alloquebatur: *O Virgo, ô MARIA,  
 O patrona mea dulcissima, tuum ne  
 desere tibi castimonia voto obstrictum,*

*in hora mortis suscipe. dixit repetitisque frequenter IESV ac MARIÆ nominibus, cum ea ad superos abiit.*

C13.

13CV.

VIII. Anicij Baro quidam fortitudinis militaris opinione & rebus gestis clarus, ab adolescentia Martyrij cupiditate flagrauit, & ea in inimicos semper fuit voluntate, vt paucis ante morbum diebus cuidam è familiaribus data occasione dixerit, se præceptum Apostoli de temperanda ira mordicus tenuisse: neq; vnquam solem super iracundiam suam occidisse. Hic in extremis Dæmonem sese importune ingerentem malaque, consilia suggerentem, ausus est iisdem verbis, quibus olim D. Martinus alloqui: *Quid adstas cruenta bestia? nihil in me, funeste, reperies.* Tum psalmo quinquagesimo alijsq; precibus recitatis solito serenior factus: *Ego, inquit, te video pulcherrima Virgo? ô verè benigna parens, quæ præsto semper es tuis in calamitate.* Nec plura post has voces, quam orationem: *In manus tuas, locutus, emisit animã,*

Dei.

Deiparam Virginem, vt credimus, præeuntem subsecutus.

IX. Terrentur subinde in vltima C10. 10  
 lucta Sodales, vt manifestius patrone CXIV.  
 suæ subsidium illis adfuisse constet.  
 Id sequentia duo demonstrât. Viuere  
 desijt Cameraci R. d. Dominus de  
 Raufin Belloranus, quem Louanium  
 per complures annos philosophiam  
 publicè profitentem vidit, & abeun-  
 tem Theologicâ etiam Laureâ dona-  
 uit, quem deinde Cameracum Pœni-  
 tentiarij dignitate præstantem, in  
 pœnitentibus audiendis, iuuandis  
 mirâ charitate cum vitæ etiam immi-  
 nutione æstuantem, ac summis infi-  
 misque percharum est admirata. Is in  
 Virginis, cui erat addictissimus, Soda-  
 litio omnes propemodum magistra-  
 tus magnâ cum laude gesserat, vlti-  
 mâ verò ægritudine, duabus prope  
 horis priusquam vitâ excederet, cum  
 inter multa à nostræ Societatis Sa-  
 cerdote (à quo hæc excepta sunt.)  
 moneretur, Virginem, quam sanus  
 præcipuo cultu prosequutus esset ad

futuram periclitanti, & contra coniuratos hostes sumpturam arma, ac in extremâ causâ patrocinatorum: respondet ille, se in ea spes ultimas collocasse, atque hæc fatus interquiescit paululum: mox verò velut abreptus à sensibus in has horroris plenas voces erumpit: *Abyssum, Abyssum*: cumque voce illâ sensum motumque omnem amisisse videbatur, cum brevi sibi restitutus ex ingenti horrore factus securior: *Deus Bone* exclamat, *quæ sese nisi iam visa obicere, quam formidabilia, quam horrenda conspexi?* Verum B. V. MARIA opportunè perterritò mihi adfuit, suoque aduentu dissipauit vniuersa. Atque in his ferè vocibus optimâ salutis spe relictâ in Virginis patrocinio tutus ac ridens excessit.

CIO.  
IOCX.

X. Horrorem quoque habet in consolationem desitum, quod sequitur. Constantiæ vixit Sodalis admodum Reuerendus & Nobilis vir Ioannes Fridericus à Neuchingen, Cathedralis Ecclesiæ Canonicus, is in

in letifero cubans morbo Sacramen-  
tis iam comunitus adeo puram fru-  
duit conseruare conscientiam, vt  
cum nocte quadam leuiusculum ei  
quiddam occurreret, eoque angere-  
tur, nulla Sacerdotis copia circum-  
stantibus forte qualem qualem culpā  
aperiret. rogans, vt si voce sensuue,  
forsitan deficeretur ipsi saltem con-  
fessario suo indicatum irent & abso-  
lutionem impetrarent. Attamen  
cum dein grauibus tentamentorum  
stimulis premeretur, & ex Diui Ber-  
nardi consilio ad B. Virginis opem  
confugeret, videt quidem ostento  
diuino Matrem Dei Sacrosanctæ Tri-  
adi supplicantem, veruntamen subi-  
ratam, nec adeo suppetijs promptā.  
quo viso immane quantum exterri-  
tus ille turbatusque, rem cuidam So-  
cietatis Sacerdoti anxius exponit, à  
quo in spem meliorem erectus iube-  
tur prius à Matre ad miserationem  
propensa precibus fatiganda non  
desistere quam voti fiat potens; ob-  
sequitur ille: eadem visa identidem  
repe-

repetita cernit. At Virginem non ut primo minitabundam, sed blando hilaroque vultu respicientem, ipsoque aspectu auxilia sua promittentem. visa non fuisse somnia claruit euentu; siquidem deinceps ut eidem patri retulit, ne minima quidem tentationis aura fuit afflatus, ac denique spei plenus animam optimæ Patronæ reddidit.

CIO IO  
LXXXVI.  
XI. Eodem loco alius inter ultimos dolores hymnos suauiter modulans noctem traduxit. Colonæ alius ridenti similis discessit, cum pridie Virginem cum Filio atque suo custode Angelo conspexisset, qui eum accerferent. Refert ex Bencio Veron. *Man. §. I.* Idem de Heiligenstadiensis Sodalitij Præfecto, de Gandensi Senatore, de Diuionensi quodam, de alijs digno lectu memorat. quædam huc attexere placuit: vnum superius memorare memini.

l. 2. c. 5.  
§. 15.  
CIO IO  
XCVIII.  
XII. Bisuntinus mox moriturus in has subinde voces erumpebat: *Non te offendam Domine, non te of-*  
fen-



*fendam: credo, credo; opitulare Virgo*  
 MARIA. IESV *bone miserere mei, ad-*  
*iuna me.* & similes. Manu interim  
 crucem vibrabat, vt facile ei cum ali-  
 quo certamen esse conijceres. Tan-  
 dem velut è magna contentione, ait  
 auctor, respirans, ter *Victoria* ingemi-  
 nat. Rogatur, quid tandem rei? quie-  
 to respondet animo à se quosdam  
 præeuntes videri, quos exoptaret &  
 subsequi: Angelos, interrogatus, fuis-  
 se dixit; ad quæ verba placidissimè  
 obdormiuit in Domino. Duces bo-  
 nos in morte! si modò viui sequi eos  
 consueuerimus.

XIII. Viennensem scribit cum  
 adstantium incredibili voluptate B.  
 Virginem præsentem compellasse, il-  
 lius sibi aduentum gratulatum, ocu-  
 lisque in sublime defixis, magna vo-  
 ce ac maiore, quàm pro viribus, in  
 diuinæ Matris laudem se effudisse:  
 Et cum magnam partem carminis  
*Salve Regina* percurrisset. subiunxis-  
 se illa S. Elizabethæ, *Vnde sibi tantum*  
*bonum, vt ad se veniret Mater Do-*  
*mini?*

*mini?* multa que morientem talia dixisse; quæ Sodalitij meritò cuique desiderium iniicere potuerint.

XIV. Res multorum sermonibus celebrata est, quam de Dilingano quodam socio illustri familia oriundo idem commemorat. Sed ex ipsis factis Dilinganorum iuuabit rem diligenter descriptam audire. Dilingæ molesta quædam lues dysentericæ conuictorum Collegium occupauit. laborarunt ea adolēscētes quinquaginta inter illos. Ioannes Bapt. à Prato Italus prognatione, stirpe nobilis puer, mirificos iam breui tempore fecerat in virtute progressus cum tentari eadem lue coepit. Enimvero virtus locum hic habuit elucescendi, patientia, modestia, pietas. nihil eum petere audisses, nullam parentum facere mentionem, nec eos de inuale tudine sua fieri velle certiores. Assistebant lectulo Germani duo fratres, vbertim afflentes hos ille si vis oculis ad omne virtutis studium præcipuè ad cultum, obseruantiamque

diuinæ Matris est cohortatus ani-  
 maduerso autem hisce verbis lachri-  
 mas incitari fraternas, dextera appre-  
 hensis: valete inquit fratres dulcissi-  
 mi, proque me Deo supplicate. pro-  
 cul habete fletum, luctum, lamenta.  
 Morte bonorum est innocentium  
 caelestes cum augentur, tum plures  
 ad Deum patroni comparantur. Vos  
 igitur fratres mei ponite mærorem,  
 ac læti esse, equidem lætus, libensque  
 supremum nunc vale mundo dico.  
 Vix vnus morbi dies abierat, cum  
 quasi præfagus mortis, sacra mysteria  
 potiri postulauit, & rite potitus est.  
 At secundum quietem subito aliquã-  
 do exclamauit. O Pater quid vidi?  
 aderat enim Societatis Sacerdos a-  
 dolescenti à sacris confessionibus.  
 Rogant Patri quid ergo vidisset. Re-  
 spondit tabulam conspexi opere fa-  
 brefactam elegantissimo, in qua ta-  
 bula Beata Virgo nomen mihi meum  
 plerorumque Sodalium aureis de-  
 scriptum litteris ostendit spemque  
 fecit certissimam me post breuem in  
 flam-

flamma purgante moram inter Cæ-  
 lites receptum iri. Hanc patronam  
 meam, mi Pater, multis stipatam Vir-  
 ginibus à me nunc discedentem se-  
 qui est animus. Pertæsum est vitæ  
 promissa beatitate; æterna me præ-  
 stolantur. Age vero, subiicit Sacer-  
 dos, si ita se res habet per ego te diui-  
 næ Matris amorem rogo, vt vbi inter  
 cælestes receptus fueris, morbo So-  
 dales depopulanti finem à Deo im-  
 petres. Recepit adolescens legatio-  
 nem tam necessariam, & abiit vita.  
 Mirum dictu ab eius excessu mali vis  
 ita remisit, vt nemo postilla sit ab eo  
 tentatus. Etiam illud mirum quod  
 medentes adolescentis corpusculum  
 intestino pure scatere ab eoque suf-  
 focandum professi, mirati sunt oppi-  
 do, nihil omnino terri odoris efflari:  
 quin illico, postquam efflata est ani-  
 ma lætus quidam ac floridus vigor  
 faciem omnem cohonestauit, ipso  
 cadauere animæ felicitatem haud  
 obscure præ se ferente. Hæc ita gesta  
 cum Sodalibus quoque Ingolstadt-  
 ensi-

ensibus translegerentur, tantus est  
 motus animorum factus, vt cōfestim  
 Sodales quidam votum Deo perpe-  
 tuandæ castitatis nuncuparent. Idem  
 vouendi genus alium Sodalium ex  
 morbo à medicis desperato asseruit,  
 ac Sodalibus incolumem breui resti-  
 tuit, certam mortem feliciter pro-  
 pulsatam admiratis. Vnde & felicem  
 obitum & quam ad impetrandum  
 vim habeant Sodales perspicere li-  
 cet.

XV. Illustrissimum est in hoc ge- *Eodem,*  
 nere, quod à compluribus narratur.  
 de Henrico ab Heiden Canonico  
 Treuerensi, adolescente & morum  
 elegantia & nobilitate generis cla-  
 rissimo. Hic cum septennium ipsum  
 à prima pueritia ætatem in Collegio  
 Germanico Romæ egisset; iamque  
 suorum euocatione domum redire  
 meditaretur, in febrim lethiferam in-  
 cidit. Admonitus à Sacerdote de fa-  
 tali die, ad S. Andreæ Apostoli cor-  
 pus, quod Malphi colitur, pro vale-  
 tudine peregrinationem vouet: de-  
 inde

inde certam pecuniam assignat, qua  
 crux argentea D. Apollinari Colle-  
 gij patrono, facienda; & palla altari  
 parthenio obuelando, locaretur.  
 Mox quasi in somnum prolapsus; at-  
 que iterum experrectus aduocato  
 conscientiae arbitro: *O pater pater,*  
 inquit, *quæ vidi? Quenam, mi Henri-*  
*ce?* inquit ille. *Quæ nec oculis, inquit,*  
*nec auribus, nec sensu alio percipi pos-*  
*sunt.* Tum vrgentibus, eo vultu, quo  
 solent è magno primum metu recre-  
 ati: *Salus, inquit, mea, in angusto fuit.*  
*Actorum in me coram illo Tribunali*  
*magna copia visq; fuit. propè propius*  
*ab interitu ac condemnatione abfui:*  
*Et trahi iam me ad supplicium credi-*  
*di. Adfuit verò opportune Misericor-*  
*diæ Mater Diuig, tutelares Andreas*  
*Et Apollinaris. Et illa Quo vos istum?*  
*aut quid vobis cum illo, qui tot annos*  
*mihî in mea Congregatione seruiuit?*  
*Andreas peregrinationem obtendebat,*  
*quam ad tumulum instituere voverã.*  
*D. Apollinaris comitibus reliquis Col-*  
*legij nostri Patronis, crucem auream*  
 osten-

ostendebat, quam fieri mandaueram.  
 His defensoribus res mea stetit; cum  
 repente somno metuq; solutum me la-  
 tor. Quarta post hora lætissimus  
 mortalia hæc reliquit.

XVI. Alius è Sodalitate Loua-  
 niensi ad annum vsque sexagesimum  
 ætatis cælibem castamq; vitam ege-  
 rat, rarus Virginis cultor. Qui cum  
 morbo vrgente à morte iam nihil  
 abesset: Benè habet, inquit, Sodales:  
 quæ duo semper mihi fuere maxima  
 vitæ præsidia, nunc sentio, quam ve-  
 ra sint, quam solida morienti solatia,  
 Vnum quod Sodalis Dominam ac  
 Patronam meam obsequijs meis (vti-  
 nam accuratioribus) coluerim: alte-  
 rum quod pœnitentiæ & Eucharistiæ  
 Sacramenta, diebus Dominicis om-  
 nibus & Diuorum festis frequenta-  
 rim. Denique fiduciæ plenus diem  
 obiit, & ad æmulationem vitæ mor-  
 tisque plurimos prouocauit.

XVII. Camberiensis morbo vi-  
 ribus exhaustis, è lectulo nihilomi-  
 nus se deiecit, vt Christo in sacra ho-  
 stia

CIO.

IOCIY.

CIO.

IOCV.

stia aduenienti supplicabundis accideret. Tum capite præ reuerentia nudo Virginem Beatam compellans: Tuus, O Virgo, inquit, sum; Tibi mancipio datus; serua tuum. Equidem salutem meam depositam crederem, nisi me tibi tradidissem. sub hæc Dæmon fauces obstringere velle cepit, ne in laudem Deiparæ plura disserteret. Sed ope eius IESVQUE nomine appellato, & ab hoste se exemit, & iterum iterumque cruce pectori admota, IESVQUE vocato è vita migravit.

CIO. IBC  
IX.

XVIII. Mussipontanus collecta omni atque effusa vi naturæ, idem Sanctissimum IESV nomen inclamans extremum cum eo spiritum edidit. In quo conatu alius itidem Hildesij demortuus est Dilingæ Ioannes Scribonius piè morientium Sodalium

CIO. IO  
LXXX.

exemplum fuit. Is anno priori intersodales receptus, ita in omni virtutum genere promouit, vt Christus Dominus ei se in specie puerili spectandum obijceret, gaudioque mirifico



fico perfusum relinqueret, infixæ pe-  
 ctori suauitas ad virtutem intenden-  
 dam accendit. Quapropter quem  
 inuisere dignatus est Dei filius, & Ma-  
 ter videre voluit, namque octo die-  
 bus antequam expiraret, Regina Cæ-  
 lorum obtulit ei sese mirabili luce  
 circumfusa contuendam, imminen-  
 tis obses beatitatis. Exhilaratus hac  
 specie Ioannes, VII. Cal. Maias feli-  
 cissimo exitu mortalia cum æternis  
 commutauit.

XIX. Quærat quispiam qua ra- CICD.  
 tione & ipse possit fortunato adeo fi- CICDVIII.  
 ne vitam claudere? Bononiensis qui-  
 dam ex eo Sodalitio, quod IESU &  
 MARIÆ nuncupatur, docere pote-  
 rit. Nam iste quodam die Sodalitatis  
 moderatorem adiit, rogauitque vt si-  
 bi peculiaribus à Deo stimulis inci-  
 tato, consilium daret, ad insignem  
 vitæ mutationem tentandam: *Ecquis*  
*enim, inquit, id nouit, an non repenti-*  
*no aliquo casu è vitæ statione mihi di-*  
*scedendum sit?* Veram eam esse diuini *Quæ sit*  
 spiritus motionem indicabant la- *optima*

*ratio bene moriendi.*

crymæ, feruor, & verba ipsa, quibus illa dicebantur. Pater collaudata pia voluntate, hæc potissimum præscribit virtutis perfectæ adiumenta, ut maculas animi frequenter elueret & singulis festis diebus sacro epulo se reficeret. Pater ille monitis diligenter: Iamque mensis alterque mensis his officijs piè consumptus fuerat, cum die quodam festo incolumis domo exijt, rei diuinæ interfuit, simulque accubuit; de sacris perorantem audijt, Xenodochium inuisit, liberalem peregrinis stipem impertijt. Mox pransurus domum redijt. Sed ecce tibi conscensis scalis, ante ianuam concidit; sedet in ea, quæ prima occurrit sede, & inuocatione nominis IESV & MARIE animam Deo reddidit. Non potuit paratior abire. Qui à limine ac via non aberrat, is nec cœlo aberrat. Salutem certo reperit, quisquis in ea quærenda socordix locum non relinquit.

*Conclusio operis.*

XX. Atque hæc sunt, Sodales optimi, quæ de SODALE PARTHENIO sue

siue instruendo, siue ornando scribenda esse duxi. Ex quibus ad extremum duo nobis prudenti ratiocinatione deducenda arbitror. Primum, Quàm beata Sodaliū fortuna, quantaque animo æstimatio de Sodalitiorum institutione concipienda sit. Nam à Viris Sapientissimis ac Religiosissimis inuenta, Summorum Pontificum auctoritate corroborata, clarissimorum omnis generis atque ordinis hominum usu comprobata, favore Numinis ac Beatissimæ Patronæ nostræ præsidio defensa, cælestibusq; incrementis aucta, per totum orbem propagata, multis supra naturam rebus illustrata, in magnam omnino sui admirationem rapient, amoreq; maximo succendent illos, qui res magnas sincerè æstimant: omnesque plurimum sibi gratulari debent, quòd in illud consortium sint admissi, cui benedixit Dominus, quod benigno oculo VIRGO MARIA semper adspicit ac tuetur; quod tot beneficijs abundat, tot pulcher-

*Vnde  
magni  
facienda  
Sodalitas*

rimis virtutum omnium exemplis instructum est. Verè in nos dici potest, Sodales : *O fortunatos nimium, bona si sua norint Parthenios!*

Vnde alterum sequitur, vt omni studio conatuq; annitamur tantum bonum conseruare, ne culpa nostra splendor illius infuscetur, aut obsolescat; & si quid detritum est, vt in veterem statum nitoremq; restitatur; Quod cum toto hoc opusculo sapius admonuerim, longiore oratione supersedere possem. Quanquam de ea re, quam DEVS ac DEI PARA tanti facit, satis dici nihil potest. Illud tamen præ oculis ante omnia haberi velim Sodales non sibi solis, sed alijs quoque natos fuisse, vt suis exemplis ad virtutem omnes allicerent ac promouerent. Vnde initio huius operis Sodalem speculum quoddam esse dixi, quod D. Virginis mores in se reciperet, & alijs repræsenteret. Videte dignitatem vestram, Sodales, imago quædam diuina, speculum iustitiæ, norma quædam rectè viuendi, simulacrum

lacrum B. Virginis quoddam speci-  
 menque virtutum illius estis. Magna  
 omnino dignitas, & præ qua nullas  
 ego auorum ac quorumuis maiorum  
 mihi imagines optem. Sed simul vi-  
 dete, quanta vobis necessitas optimæ  
 vitæ sit imposita. Speculum estis, po-  
 litos esse terfosque vos oportet; mo-  
 rum asperitas atque inæqualitas pro-  
 cul absint, placidi, suaues, mites De-  
 um optimum planissimè referunt.  
 Volo Sodalem constantem, solidæque  
 virtutis. nam qui interruptim boni  
 sunt; aut qui externam tantum com-  
 positionem sectantur, illi mihi a-  
 quam aut iridem repræsentant. Nam  
 sicut aqua motu aliquo ventôue a-  
 gitata concisas obiecti partes refert,  
 monstrumque potius hominis tor-  
 tuosum repræsentat, quam homi-  
 nem: & Iris ob partium inæqualita-  
 tem colorem aliquem blandum o-  
 culis, nō solem, cuius alioqui imago  
 est, obtutui nostro obijcit. Ita exter-  
 na tantum species virtutis, splendo-  
 ris aliquid habet, Deum tamen aut

Deiparam integrè non refert. Sic mobiles & quavis seu animi perturbatione seu aliorum impulsu à recta semita, quam insistere cæperunt, digressi deartuatum quiddam virtutis simulacrum ostentant. Opacum speculum esse oportere aiunt, ne formæ transuolent & ad oculos nostros nō reflectantur. Memorant stultum quendam per vitrum diaphanum lunam aspexisse; raturūque eam vultus sui imaginem mirè sibi gratulatum fuisse, quod vultu tam insigni miscantiūque foret. Quam multi falso speculo bona propria iactitant! cum in eis occulendis laborare deberent. Quanto melius id speculum fuit, de quo Pausanias in Arcadicis, quod intuenti nunquam formam propriam sed Deorum tantum signa & Iouis solium ostentabat. Ita Sodalis ille optimus est, qui cum plurima laude dignissima gesserit, laudem suam non requirat; sed Deum alijs ostendere, vti munus suum ita laudem quoque existimet. Verum quoque  
specu-

speculum esse volo, non monstrificum, qualia in templo Smyrnæ Plinius dicata memorat. Sunt aliqua quæ os contemplantis mirè in arctum adductum, immani vero hiatu in altum adducerent: alia, quæ labra compressa sine modo vtrinque in latera diducerent: alia, quæ nasum simum & strumosum referrent; alia verò, quæ præacutum & enormiter prominentem: apage hæc specula. Quicumque Sodalem intuetur, non ille pavonem aut suem immundam, aut canem aut asinum videre se credat; sed modestiæ, castitatis, alacritatis, amoris divini specimen pulcherrimum. Deus bone auerte, ne Sodales vnquam offensionem scandaloque sint. Nihil est monstro similis, quam Sodalis sceleratus: alij potius Sodale conspecto vitia sua agnoscant atque vt in speculo Socratico, discant odisse libidines, helluationes, blasphemias, & quicquid hominem fædat. Quid multis? Videte dignitatem vestram Sodales, speculum estis B. Virginis.

Sic  
ur-  
ecta  
di-  
utis  
pe-  
mæ  
nō  
m  
lu-  
tus  
m  
ni-  
llo  
um  
ent.  
de  
in-  
am  
uis  
le  
ide  
m  
en.  
m  
e,  
cu-

Qui vos posthac intuebuntur, existimabunt sibi imagines *MARIÆ* Virginis esse propositas. Illa Virgo erat, ait *S. Ambrosius*, non solum corpore sed etiam mente : corde humilis, verbis grauis, animo prudens, loquendi parcior, nullum lædere, omnibus benè velle, maioribus assurgere, æqualibus non inuidere, iactantiam fugere, rationem sequi & amare. Nihil in oculis toruum, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum: non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior, vt ipsa corporis species simulacrum fuerit, mentis, figura probitatis. Hoc est, Sodales, archetypon vestrum, hoc exprimere, hoc intuentibus ostendere debetis, non dico si honorem sed si nomen Sodalis id est *Mariani* imitatoris retinere vultis. Non pigeat laboris, non difficultas absterreat, si volueritis Deo dante *Virgine* patrocinante, aliorum optimis exemplis instigantibus, pulcherrimam hanc imaginem absoluetis.


Tu



BEATA MORS SOD. 607

Tv verò Magne DEVS & tv Mag-  
na Dei Parens habe Tibi quicquid  
hoc libelli est, qualecunque, Ve-  
stro honori scriptum. Semen hoc es-  
se volui, quod in Sodalium animos  
illapsum in vberem segetem excres-  
ceret: sed volui tantum, quod super-  
est, vires excedit meas. Tibi propri-  
um est, ô Patrona VIRGO rigare fo-  
uereque plantas: Tuum est, OPTIME  
DEVS, incrementum dare. Vobis cre-  
scant Sodales, vestro honori serui-  
ant, vobis olim BONIS vnicè  
optimis in æuum omne  
perfruantur.

DEO DEIPARÆQUE GLORIA.



Cc 5 IN-